

HERODOTUS

GRÆCE & LATINE.

ACCEDUNT

ANNOTATIONES SELECTÆ

NECNON

INDEX LATINUS,

EX EDITIONIBUS

WESSELINGII ET REIZII.

[edidit George Dunbar]

TOM. III.

EDINBURGI:
E Prelo Academico,
IMPENSIS GULIELMI LAING.
MDCCCVI.

Θ Α Λ Ε Ι Α.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΡΙΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΘΑΛΕΙΑ.

κζ΄. Ἀπιγμένου δὲ Καμβύσεω ἐς Μέμφιν, ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἆπις, τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι· ἐπιφανέος δὲ τούτου γενομένου, αὐτίκα οἱ Αἰγύπτιοι εἵματά τε ἐφόρεον τὰ κάλλιστα, καὶ ἦσαν ἐν θαλίῃσι. ἰδὼν δὲ

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR

THALIA.

27. Cambyse autem Memphin regresso, Apis, quem Græci vocant Epaphon, apparuit. Ægyptii, quum Apis extitisset, vestimenta quampulcherrima ferebant et celebrando festo operam dabant. Id tunc facientes Ægyptios Cambyses in-

ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ποιεῦντας ὁ Καμβύσης, πάγχυ σφέας καταδόξας, ἑωϋτοῦ κακῶς πρήξαντος, χαρμόσυνα ταῦτα ποιέειν, ἐκάλεε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος· ἀπικομένους δὲ ἐς ὄψιν, εἴρετο, ὅτι πρότερον μὲν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Μέμφι ἐποίευν τοιοῦτον οὐδὲν Αἰγύπτιοι, τότε δὲ, ἐπεὶ αὐτὸς παρείη τῆς στρατιῆς πλῆθός τι ἀποβαλών. οἱ δὲ ἔφραζον ὥς σφι θεὸς εἴη φανεὶς, διὰ χρόνου πολλοῦ ἐωθὼς ἐπιφαίνεσθαι· καὶ ὡς ἐπεὰν φανῇ, τότε πάντες οἱ Αἰγύπτιοι κεχαρηκότες ὁρτάζοιεν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, ἔφη ψεύδεσθαί σφεας, καὶ ὡς ψευδομένους, θανάτῳ ἐζημίου.

κη΄. Ἀποκτείνας δὲ τούτους, δεύτερα τοὺς ἱρέας ἐκάλεε ἐς ὄψιν. λεγόντων δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τῶν ἱρέων, οὐ λήσειν ἔφη αὐτὸν, εἰ θεός

---

tuens, et omnino ratus illos ob res a se male gestas esse in his gaudiis; præpositos arcessebat urbis Memphis; quos, ubi præsto fuerunt, interrogabat, quid ita, quum antea se apud Memphin agente, nihil tale fecissent, tunc vero, posteaquam ipse rediisset parte copiarum amissa. Illi dixere, ipsis deum adesse conspicuum, longo autem temporis intervallo apparere solitum, et quum id fit, tunc omnes Ægyptios solennem celebrare lætitiam. Hæc ubi audiit Cambyses, mentiri eos respondit, ac tanquam mentientes morte mulctavit.

28. His interemptis, mox jussit sacerdotes in conspectum venire, quibus eadem referentibus, dixit: si quis deus mansue-

τις χειροήθης ἀπιγμένος εἴη Αἰγυπτίοισι. τοσαῦτα δὲ εἴπας, ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἆπιν τοὺς ἱρέας· οἱ μὲν δὴ μετήϊσαν ἄξοντες. ὁ δὲ Ἆπις οὗτος ὁ Ἔπαφος, γίνεται μόσχος ἐκ βοὸς, ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήϊα τοιάδε· ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον· ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου, αἰετὸν εἰκασμένον· ἐν δὲ τῇ οὐρῇ, τὰς τρίχας διπλᾶς· ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

κθ΄. Ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἆπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης, οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, θέλων τύψαι τὴν γαστέρα

---

tus ad Ægyptios veniret, fore ut se non lateret. Hæc loquutus jussit sacerdotes adducere Apin: illi ad eum ducendum perrexerunt. Est autem hic Apis, idemque Epaphus, e vacca juvencus genitus, quæ nullam dum aliam potest admittere geniturum: eamque Ægyptii aiunt fulgure ex cœlo tangi, et ſctam parere ex eo Apin. Habet autem hic vitulus, qui appellatur Apis, hæc signa; est bene niger, in fronte album figuræ quadratæ: in tergo effigiem aquilæ; in cauda duplices pilos; in lingua scarabeum.

29. Posteaquam Apin sacerdotes duxere, Cambyses veluti vecordior, educto gladiolo, quum vellet ferire ventrem eius, femur percussit, cachinnansque

τοῦ Ἄπιος, παίει τὸν μηρόν· γελάσας δὲ, εἶπε πρὸς τοὺς ἱρέας, “ Ὦ κακαὶ κεφαλαὶ, “ τοιοῦτοι θεοὶ γίνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρ- “ κώδεες, καὶ ἐπαΐοντες σιδηρίων; ἄξιος μὲν “ Αἰγυπτίων οὗτός γε ὁ θεός· ἀτάρ τοι “ ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες, γέλωτα ἐμὲ θήσεσ- “ θε.” ταῦτα εἴπας, ἐνετείλατο τοῖσι ταῦτα πρήσσουσι, τοὺς μὲν ἱρέας ἀπομαστιγῶσαι, Αἰγυπτίων δὲ τῶν ἄλλων τὸν ἂν λάβωσι ὁρτάζοντα κτείνειν. ὁρτὴ μὲν δὴ διελέλυτο Αἰγυπτίοισι· οἱ δὲ ἱρέες ἐδικαιεῦντο· ὁ δὲ Ἆπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν, ἔφθινε ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος· καὶ τὸν μὲν, τελευτήσαντα ἐκ τοῦ τρώματος, ἔθαψαν οἱ ἱρέες λάθρῃ Καμβύσεω.

λ'. Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι,

---

ad sacerdotes inquit, O capita nequam! hujuscemodi dii existunt, sanguine atque carne præditi, et ferrum sentientes? dignus nimirum Ægyptiis hic deus; vos certe me ludibrio habuisse non juvabit. Hæc loquutus imperavit iis, quorum hoc munus erat, ut sacerdotes quidem acriter flagris cæderent; ceteros autem Ægyptios ut quemque festo deditum adipiscerentur, occiderent. Ita festum sane solutum est Ægyptiis, sacerdotes mulcati; Apis sauciatus femur, in templo jacens extabuit; quem e vulnere extinctum tumulavere sacerdotes clam Cambyse.

30. Ob hoc scelus, ut Ægyptii aiunt, continuo Cambyses insaniit: qui ne antea quidem

αὐτίκα διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρενήρης· καὶ πρῶτα μὲν τῶν κακῶν ἐξεργάσατο τὸν ἀδελφεὸν Σμέρδιν, ἐόντα πατρὸς καὶ μητρὸς τῆς αὐτῆς· τὸν ἀπέπεμψε ἐς Πέρσας φθόνῳ ἐξ Αἰγύπτου, ὅτι τὸ τόξον μοῦνος Περσέων ὅσον τε ἐπὶ δύο δακτύλους εἴρυσε, τὸ παρὰ τοῦ Αἰθίοπος ἤνεικαν οἱ Ἰχθυοφάγοι· τῶν δὲ ἄλλων Περσέων οὐδεὶς οἷός τε ἐγένετο. ἀποιχομένου ὦν ἐς Πέρσας τοῦ Σμέρδιος, ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξέ οἱ ἄγγελον ἐλθόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν ὡς ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιληΐῳ ἱζόμενος Σμέρδις, τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε. πρὸς ὦν ταῦτα, δείσας περὶ ἑωϋτοῦ μή μιν ἀποκτείνας ὁ ἀδελφεὸς ἄρχῃ, πέμπει Πρηξάσπεα ἐς Πέρσας, ὅς οἱ ἦν ἀνὴρ Περσέων πιστότατος, ἀποκτενέοντά μιν· ὁ δὲ,

compos mentis fuerat. Et primo quidem pravum impetum vertit in Smerdin, ex eisdem parentibus fratrem, quem ex Ægypto remiserat in Persas, livore commotus, quod ille Persarum solus arcum, quem Ichthyophagi ab Æthiope tulerant, ad duos fere digitos adduceret: quod nemo alius e Persis poterat. Smerdi igitur in Persidem profecto, hanc vidit in somnis Cambyses visionem: nuncius quidam e Persis veniens, ei nunciare est visus, Smerdin in regio sedentem solio cœlum contigisse vertice. Ob id Cambyses sibi metuens, ne se necato a fratre occuparetur imperium, ad illum interimendum mittit in Persas Prexaspem, sibi ex Per-

ἀναβὰς ἐς Σοῦσα, ἀπέκτεινε Σμέρδιν· οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα· οἱ δὲ, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν προσαγαγόντα καταποντῶσαι. Πρῶτον μὲν δὴ λέγουσι Καμβύσῃ τῶν κακῶν ἄρξαι τοῦτο.

λα'. Δεύτερα δὲ, ἐξεργάσατο τὴν ἀδελφεὴν, ἑπισπομένην οἱ ἐς Αἴγυπτον, τῇ καὶ συνοίκεε, καὶ ἦν οἱ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεή· ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε· οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι· ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης· καὶ ἔπειτα βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐωθότα ἐπενόεε ποιήσειν, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιληΐους δικαστὰς, εἴ τις ἐστὶ κελεύων νόμος τὸν βουλόμενον ἀδελφεῇ συνοικέειν. οἱ δὲ βασιλήϊοι δικασταὶ, κεκριμένοι ἄνδρες γίνον-

---

sis virum fidelissimum. Hic ubi Susa ascendit, Smerdin necandum curavit, ut quidam aiunt, quum eduxisset venatum: quidam, quum ad mare Rubrum duxisset, demersisse. Et hoc quidem initium malorum Cambysis extitisse ferunt.

31. Secundum autem perpetravit in sorore, in Ægyptum eum sequuta: quæ et uxor et ex eisdem parentibus erat soror; quam hunc in modum duxerat. Antehac enim Persæ nequaquam consueverant sorores in matrimonium accipere. Cambyses, unius sororum amore captus cupidusque deinde ducendi illam uxorem, quum rem insolitam cogitaret efficere, arcessit eos qui regii judices nominantur. Hos Cambyses per-

ται Περσέων, ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤ σφι παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτου· οὗτοι δὲ τοῖσι Πέρσῃσι δίκας δικάζουσι καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται. εἰρομένου ὦν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίνοντο αὐτῷ οὗτοι καὶ δίκαια καὶ ἀσφαλέα· φάμενοι, νόμον οὐδένα ἐξευρίσκειν, ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελφεόν· ἄλλον μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὸ ἂν βούληται. οὕτω οὔτε τὸν νόμον ἔλυσαν, δείσαντες Καμβύσεα· ἵνα τε μὴ αὐτοὶ ἀπόλωνται τὸν νόμον περιστέλλοντες, παρεξεῦρον ἄλλον νόμον σύμμαχον τῷ θέλοντι γαμέειν ἀδελφεάς. τότε μὲν δὴ ὁ Καμβύσης ἔγημε τὴν ἐρωμένην· μετὰ μέν τοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε ἄλλην ἀδελφεήν· τουτέων δῆτα

---

contatur, num qua lex sit, quæ jubeat volentem cum sorore contrahere matrimonium. Hi autem regii judices, probati e Persis viri, suntque perpetui, donec moriantur, aut injustum aliquid in illis compertum fuerit. Isti apud Persas inter litigantes et legum patriarum sunt interpretes, et ad eos omnia referuntur. Percunctanti igitur Cambysi et juste et caute illi respondebant, negantes ullam se invenire legem, quæ jubeat fratrem ducere sororem: tamen invenisse aliam legem, qua liceat regi Persarum facere quicquid libeat. Ita neque legem solverunt metu Cambysis: et ne legem tuentes ipsi perirent, aliam adinvenerunt adjutricem ejus, qui sorores in matrimonium ducere vellet. Tunc itaque Cambyses eam quam amabat accepit uxo-

τὴν νεωτέρην ἐπισπομένην οἱ ἐπ' Αἴγυπτον κτείνει.

λϐ'. Ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς, ὥσπερ περὶ Σμέρδιος, λέγεται λόγος. Ἕλληνες μὲν γὰρ λέγουσι Καμβύσεα συμβαλέειν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός· θεωρέειν δὲ καὶ τὴν γυναῖκα ταύτην· νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος, ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα, ἀποῤῥήξαντα τὸν δεσμὸν, παραγενέσθαι οἱ· δύο δὲ γενομένους οὕτω δὴ τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου· καὶ τὸν μὲν Καμβύσεα ἥδεσθαι θεώμενον· τὴν δὲ παρημένην δακρύειν. Καμβύσεα δὲ μαθόντα τοῦτο, ἐπείρεσθαι διότι δακρύοι· τὴν δὲ εἰπεῖν, ὡς ἰδοῦσα τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα, δακρύσειε, μνησθεῖσά τε Σμέρδιος, καὶ μαθοῦσα ὡς κείνῳ

---

rem, et post non multum temporis habuit alteram. Harum juniorem, quæ ipsum in Ægyptum comitata est, interemit.

32. Cujus mors, quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. Græci siquidem aiunt, dum Cambyses duos catulos, alterum leonis, alterum canis, committit, hanc interfuisse spectaculo: et quum caninus catulus superaretur, alterum catulum hujus fratrem abrupto loro supervenisse; et quum duo essent, ita superiores catulos leunculo extitisse. Et Cambyse, dum id cernit, capiente voluptatem, hanc ei assidentem illacrymasse. Ea re animadversa, Cambysem interrogasse quidnam lacrymaretur: et mulierem, dixisse se, viso catulo, sup-

οὐκ εἴη ὁ τιμωρήσων. Ἕλληνες μὲν δὴ διὰ τοῦτο τὸ ἔπος φασὶ αὐτὴν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσεω. Αἰγύπτιοι δὲ, ὡς τραπέζῃ περικατημένων, λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι· καὶ ἐπανείρεσθαι τὸν ἄνδρα, κότερον περιτετιλμένη ἢ δασεῖα ἡ θρίδαξ ἐοῦσα εἴη καλλίων· καὶ τὸν φάναι, δασεῖαν· τὴν δ' εἰπεῖν, "Ταύτην μέν τοί κοτε σὺ τὴν θρίδακα ἐμιμήσαο, τὸν Κύρου οἶκον ἀποψιλώσας." τὸν δὲ θυμωθέντα, ἐμπηδῆσαι αὐτῇ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ, καί μιν ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν.

λγ'. Ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκηΐους ὁ Καμβύσης ἐξεμάνη, εἴτε δὴ διὰ τὸν Ἆπιν, εἴτε καὶ ἄλλως, οἷα πολλὰ ἐώθεε ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν· καὶ γάρ τινα ἐκ γενεῆς

---

petias fratri ferente, ideo flere, quod subierit memoria Smerdis, cujus sciret neminem fore ultorem. Ob hoc dictum Græci illam a Cambyse fuisse interemptam memorant: Ægyptii vero ob id, quod, quum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, ejusque decerptis foliis, virum interrogavit, utrum discerpta lactuca an densa pulchrior foret; quum hic respondisset, densam; hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insiluisse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse.

33. Ita Cambyses in domesticis insaniit, sive id propter Apin, sive aliunde, qualia multa humanis mala contingere solent. Etenim fertur Cambyses ab ip-

νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱρὴν ὀνομάζουσί τινες. οὔ νύν τοι ἀεικὲς οὐδὲν ἦν, τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος, μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν.

λδ'. Τάδε δ' ἐς τοὺς ἄλλους Πέρσας ἐξεμάνη· λέγεται γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καί οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος, τούτου τε ὁ παῖς οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ, τιμὴ δὲ καὶ αὕτη οὐ σμικρή· εἰπεῖν δὲ λέγεται τάδε, "Πρήξασ- "πες, κοῖόν με τίνα νομίζουσι Πέρσαι εἶναι· "ἄνδρα; τίνας τε λόγους περὶ ἐμέο ποιεῦν- "ται;" τὸν δὲ εἰπεῖν, "Ὦ δέσποτα, τὰ μὲν "ἄλλα πάντα μεγάλως ἐπαινέεαι· τῇ δὲ "φιλοινίῃ σέ φασι πλεόνως προσκέεσθαι." τὸν μὲν δὴ λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων· τὸν δὲ

---

sis natalibus grandi quodam laborasse morbo, quem quidam sacrum nominant: ut haud ab fide fuerit, quum corpus magna infirmitate correptum esset, ejus nec mentem sanam fuisse.

34. At in alios quoque Persas hæc insanivit; narratur enim dixisse Prexaspi, quem præcipuo honore prosequebatur, et qui ad eum nuncios perferebat: et cujus filius pincerna Cambysis erat, qui honos et ipse non parvus est. Fertur autem dixisse ista; O Prexaspes, quemnam virum Persæ me esse censent? aut qualem de me sermonem habent? Et iste respondisse, O Domine, cetera quidem omnia in te magnis laudibus ferunt; sed nimis te vino deditum aiunt esse. Hæc ille

θυμωθέντα, τοιάδε ἀμείβεσθαι, "Νῦν ἄρα "μέ φασι Πέρσαι οἴνῳ προσκείμενον παρα-"φρονέειν, καὶ οὐκ εἶναι νοήμονα· οὐδ᾽ ἄρα "σφέων οἱ πρότεροι λόγοι ἦσαν ἀληθέες." πρότερον γὰρ δὴ ἄρα Περσέων οἱ συνέδρων ἐόντων, καὶ Κροίσου, εἴρετο Καμβύσης κοῖός τις δοκέοι ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦρον· οἱ δὲ ἀμείβοντο ὡς εἴη ἀμείνων τοῦ πατρός· τά τε γὰρ ἐκείνου πάντα ἔχειν αὐτὸν, καὶ προσεκτῆσθαι Αἴγυπτόν τε καὶ τὴν θάλασσαν. Πέρσαι μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγον. Κροῖσος δὲ παρεὼν τε καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει, εἶπε πρὸς τὸν Καμβύσεα τάδε, "Ἐμοὶ "μέν νυν, ὦ παῖ Κύρου, οὐ δοκέεις ὅμοιος "εἶναι τῷ πατέρι· οὐ γάρ κω τοί ἐστι υἷος "οἷόν σε ἐκεῖνος κατελίπετο." ἥσθη τε ταῦτα

---

de Persis dicebat. Quibus ille indignatus, Siccine, respondit, me Persæ aiunt vino deditum desipere, nec mentis esse compotem? ergo in eo, quod prius dixerunt, non veri fuere. Nam Persas consiliarios suos, in quibus et Crœsum, antea interrogarat Cambyses, qualis ipse videretur esse vir ad patrem Cyrum consummandum. Et illi responderant, eum patre esse præstantiorem; qui et omnia illius haberet, et Ægypti ac maris accessionem adjecisset. Hæc quidem Persæ dicebant. Sed Crœsus qui aderat, displicente ei quæ dicebatur sententia, ad Cambysem inquit, Mihi tu quidem, Cyro genite, non videris adæquandus esse patri: nondum enim tibi est filius,

ἀκούσας ὁ Καμβύσης, καὶ ἐπαίνεε τὴν Κροίσου κρίσιν.

λε΄. Τούτων δὴ ὦν ἐπιμνησθέντα, ὀργῇ λέγειν πρὸς τὸν Πρηξάσπεα, "Σὺ νῦν μάθε "αὐτὸς, εἰ λέγουσι Πέρσαι ἀληθέα, εἴτε "αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι· εἰ "μὲν γὰρ τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ τοῦδε ἑστεῶτος "ἐν τοῖσι προθύροισι βαλὼν τύχοιμι μέσης "τῆς καρδίης, Πέρσαι φανέονται λέγοντες "οὐδέν· ἢν δὲ ἁμάρτω, φάναι Πέρσας τε "λέγειν ἀληθέα, καὶ με μὴ σωφρονέειν." ταῦτα δὲ εἰπόντα, καὶ διατείναντα τὸ τόξον, βαλέειν τὸν παῖδα· πεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς, ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν, καὶ σκέψασθαι τὸ βλῆμα· ὡς δὲ ἐν τῇ καρδίῃ εὑρεθῆναι ἐνεόντα τὸν ὀϊστὸν, εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ παιδός, γελάσαντα, καὶ περιχαρέα γενόμενον, "Πρη-

---

qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyses delectatus, Crœsi sententiam approbavit.

35. Quorum nunc reminiscens, ad Prexaspem iratus inquit: intellige nunc ipse, nunquid Persæ vera dicant, an hæc dicentes ipsi desipiant. Nam si filii tui, qui in anteforibus stat, medium cor non frustrato ictu percussero, constabit nihil Persas dicere: sin aberravero, constabit Persas vera loqui, et me esse male sanum. Hoc loquutus, intendit arcum, puerumque percusset: atque eum collapsum jussit discindi, et inspici ictum, quumque in corde sagitta esset inventa, ob id lætabundus atque cachinnans, ad patrem

" ξασπες, ὡς μὲν ἔγωγε οὐ μαίνομαι, Πέρ-
" σαι τε παραφρονέουσι, δῆλά τοι γέγονε· νῦν
" δέ μοι εἰπὲ, τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀνθρώ-
" πων οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα;" Πρηξάσπεα δὲ ὁρέοντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα, καὶ περὶ ἑωϋτῷ δειμαίνοντα, εἰπεῖν, " Δέσποτα, οὐδ'
" ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκέω τὸν θεὸν οὕτω ἂν
" καλῶς βαλέειν." τότε μὲν ταῦτα ἐξεργάσατο· ἑτέρωθι δὲ Περσέων ὁμοία τοῖσι πρώτοισι δυώδεκα ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ ἑλὼν, ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε.

λϛ'. Ταῦτα δέ μιν ποιεῦντα ἐδικαίωσε Κροῖσος ὁ Λυδὸς νουθετῆσαι τοισίδε τοῖσι ἔπεσι, " Ὦ βασιλεῦ, μὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ
" θυμῷ ἐπίτρεπε· ἀλλ' ἴσχε καὶ καταλάμ-
" βανε σεωϋτόν· ἀγαθόν τι πρόνοον εἶναι· σο-

---

pueri inquit: Prexaspes, facta est tibi fides non me insanire, sed Persas delirare. Verum nunc mihi dicito, quemnam ex omnibus hominibus jam noris ita ad destinatum emittere sagittas. Prexaspes hominem advertens esse vesanum, et de se timens, Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probe sagittare. Et tunc quidem hoc perpetravit. Alibi duodecim Persarum primores similiter ob nullum dignum crimen necavit, vivos in caput defodiens.

36. Hæc eum facientem Crœsus Lydus censuit his verbis admonendum: O rex, cuncta noli ætati atque iræ indulgere: sed cohibe et compesce teipsum. Conducit tibi te providum esse: sapientis est prospicere; tu vero

" φον δὲ ἡ προμηθίη· σὺ δὲ κτείνεις μὲν ἄν-
" δρας σεωϋτοῦ πολιήτας ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ
" ἀξιόχρεῳ ἑλὼν, κτείνεις δὲ παῖδας· ἢν δὲ
" πολλὰ τοιαῦτα ποιέῃς, ὅρα ὅκως μή σευ
" ἀποστήσωνται Πέρσαι. ἐμοὶ δὲ πατὴρ σὸς
" Κῦρος ἐνετέλλετο πολλὰ κελεύων σε νου-
" θετέειν, καὶ ὑποτίθεσθαι ὅ, τι ἂν εὑρίσκω
" ἀγαθόν." ὁ μὲν δὴ εὔνοιαν φαίνων συνεβού-
λευέ οἱ ταῦτα· ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, " Σὺ
" καὶ ἐμοὶ τολμᾷς συμβουλεύειν, ὡς χρη-
" στῶς μὲν τὴν σεωϋτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευ-
" σας, εὖ δὲ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ συνεβούλευ-
" σας, κελεύων αὐτὸν Ἀράξεα ποταμὸν δια-
" βάντα, ἰέναι ἐπὶ Μασσαγέτας, βουλομέ-
" νων ἐκείνων διαβαίνειν ἐς τὴν ἡμετέρην; καὶ
" ἀπὸ μὲν σεωϋτὸν ὤλεσας, τῆς σεωϋτοῦ πα-

---

viros interficis tuos populares ob nullam dignam causam, interficis pueros: qualia si multa facies, considera ne abs te deficiant Persæ. Enimvero pater tuus Cyrus, etiam atque etiam mandans, mihi præcepit, ut te commonefacerem, subjiciendo quicqnid boni comperirem. Hoc illi Crœsus benevolentiam præ se ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens, Etiam mihi tu, inquit, dare consilium audes, tanquam bene aut tuam ipsus patriam administraris, aut patri meo consulueris, jubens eum, trajecto flumine Araxe, tendere adversus Massagetas, quum illi vellent transire in terram nostram? Imo et teipsum male præsidentem patriæ tuæ, et Cyrum tibi credentem perdi-

" τρίδος κακῶς προστάς· ἀπὸ δὲ ὤλεσας
" Κῦρον, πειθόμενόν σοι· ἀλλ' οὔτι χαίρων·
" ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἔς σε προφάσιός τευ
" ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι." ταῦτα δὲ εἴπας, ἐλάμβανε τὸ τόξον ὡς κατατοξεύσων αὐτόν· Κροῖσος δὲ ἀναδραμὼν ἔθεε ἔξω· ὁ δὲ, ἐπεί τε τοξεῦσαι οὐκ εἶχε, ἐνετείλατο τοῖσι θεράπουσι λαβόντας μιν ἀποκτεῖναι. οἱ δὲ θεράποντες, ἐπιστάμενοι τὸν τρόπον αὐτοῦ, κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον· ἐπὶ τῷδε τῷ λογῳ, ὥστε εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμβύσῃ, καὶ ἐπιζητήσει τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ, ἐκφήναντες αὐτόν, δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσου· ἢν δὲ μὴ μεταμελῆται, μηδὲ ποθῇ μιν, τότε καταχρέεσθαι· ἐπόθησέ τε δὴ ὁ Καμβύσης τὸν Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ ὕστερον, καὶ οἱ θεράποντες μαθόντες τοῦτο, ἐπηγγέλλοντο αὐ-

disti, sed ob id nequaquam gaudens; quia olim jam debebam captare in te occasionem. Cum hoc dicto arcum corripiebat velut eum confixurus, at Crœsus cursu se foras proripuit. Hic ubi non poterat sagittare, mandat ministris ut illum comprehensum interimant. Ministri, qui mores ejus nossent, Crœsum abdiderunt: hac ratione, ut si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto donis afficerentur, quod illum servassent: si non pœniteret, nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo post quum Cambyses desideraret Crœsum, ministri hoc animadvertentes, enunciat ei hominem

τῷ ὡς περιείη. Καμβύσης δὲ Κροίσῳ μὲν συνήδεσθαι ἔφη περιεόντι, ἐκείνους μέν τοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι, ἀλλ' ἀποκτενέειν· καὶ ἐποίησε ταῦτα.

λζ'. Ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα πολλὰ ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐξεμαίνετο, μένων ἐν Μέμφι· καὶ θήκας τε παλαιὰς ἀνοίγων, καὶ σκεπτόμενος τοὺς νεκρούς· ἐς δὲ δὴ καὶ τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἦλθε, καὶ πολλὰ τῷγάλματι κατεγέλασε· ἔστι γὰρ τοῦ Ἡφαίστου τὤγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταΐκοῖσι ἐμφερέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρώρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι. ὃς δὲ τούτους μὴ ὀπώπεε, ἐγὼ δέ οἱ σημανέω· πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησίς ἐστι. ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι ἄλλον

---

superesse. Cambyses se quidem inquit Crœso superstiti gaudere, sed iis, qui illum servassent, veniam non daturum, sed mortem allaturum: prout et fecit.

37. Multa hujusmodi tam in Persas quam in socios, Cambyses insanivit, Memphi desidens, et vetusta recludens sepulcra, mortuosque inspiciens. Ipsum vero etiam templum Vulcani adiit, multo derisu simulacrum illius quoque cavillatus est, siquidem statua Vulcani simillima est Pataicis Phœniciis, quos in triremium proris Phœnices circumferunt: quos qui non vidit, ego ei indicabo, esse illos Pygmæi viri imagine. In templum quoque Cabirorum, inaccessum alteri quam sacerdoti, ingressus

γε ἢ τὸν ἱρέα· ταῦτα δὲ τἀγάλματα καὶ ἐνέπρησε, πολλὰ κατασκώψας· ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου· τούτου δέ σφεας παῖδας λέγουσι εἶναι.

λή. Πανταχῇ ὦν μοι δῆλά ἐστι, ὅτι ἐμάνη μεγάλως ὁ Καμβύσης· οὐ γὰρ ἂν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾷν. εἰ γάρ τις προθείη πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι κελεύων νόμους τοὺς καλλίστους ἐκ τῶν πάντων νόμων, διασκεψάμενοι ἂν ἑλοίατο ἕκαστοι τοὺς ἑωϋτῶν· οὕτω νομίζουσι πουλύ τι καλλίστους τοὺς ἑωϋτῶν νόμους ἕκαστοι εἶναι. οὔκων οἰκός ἐστι ἀλλόν γε δὴ ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι. ὡς δὲ οὕτω νενομίκασι τὰ περὶ τοὺς νόμους πάντες οἱ ἄνθρωποι, πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι

---

est: et quæ illic erant simulacra, multis in ea jocatus verbis, concremavit. Sunt autem et hæc Vulcani similia, hujus autem illos aiunt esse filios.

38. Undique igitur mihi clarum esse videtur Cambysem vehementer insanisse; non enim tentasset templa ac ritus habere ludibrio. Nam siquis universis hominibus præbeat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi, profecto cunctas singuli rimati, suas eligerent. Ita existimant quique longe pulcherrimas esse suas leges. Non igitur credibile est alium virum quam dementem, talia ludibrio habere. At ita de suis omnes homines legibus sentire, licet cum multis aliis conjecturis colligere, tum etiam hac: Darius accitos qui

πάρεστι σταθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε· Δαρεῖος ἐπὶ τῆς ἑωϋτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ ἐπ᾽ οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα καλέσας Ἰνδῶν τοὺς καλεομένους Καλατίας οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο, παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, καὶ δι᾽ ἑρμηνέος μανθανόντων τὰ λεγόμενα, ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ᾽ ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί· οἱ δὲ, ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημέειν μιν ἐκέλευον. οὕτω μέν νῦν ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.

λθ΄. Καμβύσεω δὲ ἐπ᾽ Αἴγυπτον στρατευο-

---

in sua ditione erant Græcos percontatus est, quanta pecunia vellent defunctis parentibus vesci: illis negantibus ulla se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Græcis præsentibus, et quæ dicebantur per interpretem discentibus, vocatos ad se eos Indos, qui Calatiæ nominati vescuntur parentibus, rogavit, quantum accipere pecuniarum vellent, ut patres defunctos igne comburerent. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari jubebant. Atque ita moribus comparatum est: recteque mihi videtur Pindarus in carmine fecisse ut diceret, Legem omnium esse regem.

39. Ceterum dum Cambyses in Ægypto bella gerit, Lacedæmonii quoque intulere bel-

μένου, ἐποιήσαντο καὶ Λακεδαιμόνιοι στρατηΐην ἐπὶ Σάμον τε καὶ Πολυκράτεα τὸν Αἰάκεος, ὃς ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς· καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῇ δασάμενος τὴν πόλιν, τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε· μετὰ δὲ, τὸν μὲν αὐτέων ἀποκτείνας, τὸν δὲ νεώτερον Συλοσῶντα ἐξελάσας, ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον· ἴσχων δὲ, ξεινηΐην Ἀμάσι τῷ Αἰγύπτου βασιλέϊ συνεθήκατο, πέμπων τε δῶρα, καὶ δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνου. ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ αὐτίκα τοῦ Πολυκράτεος τὰ πρήγματα αὔξετο, καὶ ἦν βεβωμένα ἀνά τε τὴν Ἰωνίην, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα· ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως· ἔκτητο δὲ πεντηκοντέρους τε ἑκατὸν, καὶ χιλίους τοξότας· ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάν-

lum Samo et Polycrati Æacis filio, qui Samum vi occupatam habebat, et urbem inter initia trifariam partitus erat cum fratribus, Pantagnoto et Sylosonte: quorum deinde altero necato, altero, qui erat junior, Sylosonte ejecto, totam obtinebat Samon, et inito fœdere hospitii cum Amasi rege Ægypti, mittens munera, vicissimque ab eo accipiens: brevique statim tempore res ejus adeo processerunt, ut per Ioniam ceteramque Græciam celebrarentur. Quocunque enim bellare intenderet, cuncta ei prospere cedebant, quum haberet centum naves quinquaginta remorum, mille sagittarios, invadens omnes sine ullo cujusquam discrimine: quod diceret, se magis gratificaturum

τας, διακρίνων οὐδένα. τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον ἀποδιδοὺς τά ἔλαβε, ἢ ἀρχὴν μηδὲ λαβών. συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων αἱρήκεε, πολλὰ δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ἄστεα· ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι, ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ τὴν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδεμένοι ὤρυξαν.

μ'. Καὶ κως τὸν Ἄμασιν εὐτυχέων μεγάλως ὁ Πολυκράτης οὐκ ἐλάνθανε, ἀλλά οἱ τοῦτ' ἦν ἐπιμελές. πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνός οἱ εὐτυχίης γινομένης, γράψας ἐς βιβλίον τάδε, ἐπέστειλε ἐς Σάμον· " ἈΜΑΣΙΣ ΠΟ-" ΛΥΚΡΑΤΕΙ ὯΔΕ ΛΕΓΕΙ. Ἡδὺ μὲν " πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσ-" σοντα· ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι " οὐκ ἀρέσκουσι, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι

amico, si ei quæ abstulisset redderet, quam si nihil omnino auferret. Multas itaque hic insulas, multa etiam in continente oppida capiebat. Sic etiam Lesbios cum omnibus copiis opem Milesiis ferentes navali prœlio vicit cepitque, qui omnem fossam mœnia Sami ambientem vincti foderunt.

40. Atque res Polycratis tantopere secundas esse non latuit Amasin, cui hoc curæ erat. Sed quum assidue forent multo secundiores, Amasis libellum Samum misit in hæc verba scriptum, AMASIS POLYCRATI ITA INQUIT, Mihi quidem, feliciter agi cum viro amico et hospite, audire voluptati est: tamen tuæ magnæ prosperitates mihi non placent, qui intelligo

" φθονερόν· καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ
" τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν
" πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν· καὶ οὕτω
" διαφέρειν τὸν αἰῶνα, ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ
" εὐτυχέειν τὰ πάντα· οὐδένα γάρ κω λόγῳ
" οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐ-
" τελεύτησε πρόῤῥιζος, εὐτυχέων τὰ πάντα.
" σὺ ὦν νῦν ἐμοὶ πειθόμενος, ποίησον πρὸς
" τὰς εὐτυχίας τοιάδε· φροντίσας τὸ ἂν
" εὕρῃς ἐόν τοι πλείστου ἄξιον, καὶ ἐπ' ᾧ σὺ
" ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις,
" τοῦτο ἀπόβαλε οὕτω, ὅκως μηκέτι ἥξει ἐς
" ἀνθρώπους· ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὠπὸ
" τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι τοιαύταισι πάθαισι
" προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ
" ἀκέο."

---

quam invidum numen sit. Quod ad me attinet, velim tum memet, tum eos, qui mihi curæ sunt, in rebus quibusdam prosperos esse, in aliis offendere, et ita ævum traducere mutua vicissitudine, quam in omnibus felices agere. Nec enim adhuc de quoquam audisse me puto, qui quum in omnibus felix fuisset, non tandem male perierit funditus. Tu itaque mihi obtemperans, hoc adversus prosperitates agito: dispice, quid tibi sit quod plurimi facias, et in quo amisso maxime sis animo doliturus; id ubi inveneris ita abjicito ut nunquam ad homines veniat. Quod si prospera tua deinceps jam non fuerint talibus variata adversis, mederi tu tibi subinde eo modo quem tibi subjeci.

μα΄. Ταῦτα ἐπιλεξάμενος ὁ Πολυκράτης, καὶ νόῳ λαβὼν ὥς οἱ εὖ ὑπετίθετο Ἄμασις, ἐδίζητο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τῶν κειμηλίων· διζήμενος δ' εὕρισκε τόδε· ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφόρεε χρυσόδετος, σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα, ἔργον ἦν δὲ Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου. ἐπεὶ ὦν ταύτην οἱ ἐδόκεε ἀποβαλέειν, ἐποίεε τοιάδε· πεντηκόντερον πληρώσας ἀνδρῶν, ἐσέβη ἐς αὐτήν· μετὰ δὲ, ἀναγαγεῖν ἐκέλευε ἐς τὸ πέλαγος· ὡς δὲ ἀπὸ τῆς νήσου ἑκὰς ἐγένετο, περιελόμενος τὴν σφρηγῖδα, πάντων ὁρεόντων τῶν συμπλόων, ῥίπτει ἐς τὸ πέλαγος· τοῦτο δὲ ποιήσας ἀπέπλεε· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰ οἰκία, συμφορῇ ἐχρέετο.

μβ΄. Πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τού-

---

41. Hæc quum legisset Polycrates, et in animum demisisset, tanquam bene sibi ab Amasi præcepta, disquirebat quodnam suorum ornamentorum esset, quo amisso maxime ipse molestia afficeretur; atque hoc tandem quæritando invenit. Erat ei gemma signatoria smaragdus, quam gestabat, auro vincta, opus Theodori Samii, Telecle geniti: hanc ubi abjiciendam statuit, ita faciebat. Quinquaginta remorum navem viris instructam conscendit, et mox in altum provehere jubet. Et postquam ab insula procul aberat, detractum sibi sigillum, iis qui una navigabant inspectantibus, abjecit in pelagus: hoc acto renavigavit.

42. Reverso domum, quum

των, τάδε οἱ συνήνεικε γενέσθαι· ἀνὴρ ἁλιεὺς λαβὼν ἰχθὺν μέγαν τε καὶ καλὸν, ἠξίου μιν Πολυκράτεϊ δῶρον δοθῆναι· φέρων δὴ ἐπὶ τὰς θύρας, Πολυκράτεϊ ἔφη ἐθέλειν ἐλθεῖν ἐς ὄψιν· χωρήσαντος δέ οἱ τούτου, ἔλεγε, διδοὺς τὸν ἰχθὺν, "Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ τόνδε ἑλὼν, οὐκ "ἐδικαίωσα φέρειν ἐς ἀγορὴν, καίπερ γε ἐὼν "ἀποχειρόβιωτος, ἀλλά μοι ἐδόκεε σεῦ τε "εἶναι ἄξιος καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς· σοὶ δή μιν "φέρων δίδωμι." ὁ δὲ, ἡσθεὶς τοῖσι ἔπεσι, ἀμείβεται τοῖσδε, "Κάρτα τε εὖ ἐποίησας, "καὶ χάρις διπλέη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ "δώρου· καί σε ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν." ὁ μὲν δὴ ἁλιεὺς, μέγα ποιεύμενος ταῦτα, ἤϊε ἐς τὰ οἰκία. τὸν δὲ ἰχθὺν τάμνοντες οἱ θεράποντες, εὑρίσκουσι ἐν τῇ νηδύϊ αὐτοῦ ἐνεοῦσαν τὴν Πο-

---

ex jactura afficeretur, quinto sextove quam hæc acta sunt die, hoc ei casu evenit. Piscator quidam captum a se piscem, grandem sane ac pulchrum, putavit dignum quo Polycratem donaret; eum ad fores quum attulisset, dixit se in conspectum Polycratis ire velle: a janitore permissus, donans Polycrati piscem, O Rex, inquit, hunc ego quem cepi piscem, etsi operis manuariis vitam tolero, tamen non judicavi ferendum a me esse in forum, sed te tuaque potentia dignum. Eum itaque affero tibi, donoque. His verbis iste delectatus, ita respondit, Tu vero probe, nec facto solo, sed etiam oratione apud me inisti gratiam: ad cœnamque te vocatum volo. Hæc magni faciens piscator domum abiit. Piscem ministri scindentes,

λυκράτεος σφρηγῖδα. ὡς δὲ εἶδόν τε καὶ ἔλαβον, τάχιστα ἔφερον κεχαρηκότες παρὰ τὸν Πολυκράτεα· διδόντες δέ οἱ τὴν σφρηγῖδα, ἔλεγον ὅτεῳ τρόπῳ εὑρέθη. τὸν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα, γράφει ἐς βιβλίον πάντα, τὰ ποιήσαντά μιν, οἷα καταλελαβήκεε· γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε.

μγ΄. Ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ἄμασις τὸ βιβλίον τὸ παρὰ τοῦ Πολυκράτεος ἧκον, ἔμαθε ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος, καὶ ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει Πολυκράτης, εὐτυχέων τὰ πάντα· ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει, εὑρίσκει. πέμψας δέ οἱ κήρυκα ἐς Σάμον διαλύεσθαι ἔφη τὴν ξεινίην· τοῦδε εἵνεκα ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ συντυχίης δεινῆς τε καὶ με-

---

offendunt in ejus alvo sigillum Polycratis. Quod ubi viderunt sumpseruntque ad Polycratem lætabundi quam celerrime tulerunt. Eoque illi reddito, referebant quo pacto fuisset inventum. Polycrates, quum illi subvenisset divinam rem esse, singula quæque a se gesta retulit in libellum, et qualia accidissent ipsi. Hæc ubi scripsit, in Ægyptum misit.

43. Amasis perlectis tabellis quæ a Polycrate venerant, intellexit fieri non posse, ut homo alterum hominem casui eventuro eripiat; et Polycratem non bene moriturum esse, qui per omnia fuisset felix, adeo ut ea quoque reperiret quæ abjecisset. Misso itaque Samum caduceatore, dixit se jus cum illo hospitii solvere. Quod ideo fecit, ne in tristem aliquem gravemque

γάλης Πολυκράτεα καταλαβούσης, αὐτὸς ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν, ὡς περὶ ξείνου ἀνδρός.

μδʹ. Ἐπὶ τοῦτον δὴ ὦν τὸν Πολυκράτεα εὐτυχέοντα τὰ πάντα, ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι, ἐπικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ κτισάντων Σαμίων. Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσεα τὸν Κύρου, συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωϋτὸν πέμψας ἐς Σάμον, δέοιτο στρατοῦ. Καμβύσης δὲ ἀκούσας τούτων, προθύμως ἔπεμπε ἐς Σάμον, δεόμενος Πολυκράτεος στρατὸν ναυτικὸν ἅμα πέμψαι ἑωϋτῷ ἐπ' Αἴγυπτον. ὁ δέ, ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς ὑπώπτευε μάλιστα ἐς ἐπανάστασιν, ἀπέπεμπε τεσσεράκοντα τριήρεσι, ἐν-

---

casum incidente Polycrate, animi dolorem veluti de hospite ipse contraheret.

44. Adversus hunc igitur Polycratem in omnibus feliciter agentem, Lacedæmonii sumpsere expeditionem, acciti ab iis Samiis, qui post hæc Cydoniam in Creta condiderunt. Polycrates, misso ad Cambysem Cyri filium adversus Ægyptum copias comparantem, oravit ut, nunciis etiam ad se in Samum missis, rogaret aliquid copiarum. Quod audiens Cambyses, libenter in Samum misit ad rogandas a Polycrate nauticas copias, quas secum iste mitteret in Ægyptum. Polycrates, delectos quos maxime suspicabatur ex urbanis ad rebellionem spectare, quadraginta triremibus

τειλάμενος Καμβύσῃ ὀπίσω τούτους μὴ ἀποπέμπειν.

με΄. Οἱ μὲν δὴ λέγουσί τους ἀποπεμφθέντας Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον· ἀλλ' ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες, δοῦναί σφι λόγον, καί σφι ἁδεῖν τὸ προσωτέρω μηκέτι πλέειν· οἱ δὲ λέγουσι ἀπικομένους τε ἐς Αἴγυπτον καὶ φυλασσομένους, ἐνθεῦτεν αὐτους ἀποδρῆναι. καταπλεουσι δὲ ἐς τὴν Σάμον Πολυκράτης νηῢσὶ ἀντιάσας, ἐς μάχην κατέστη· νικήσαντες δὲ οἱ κατιόντες, ἀπέβησαν ἐς τὴν νῆσον· πεζομαχήσαντες δὲ ἐν αὐτῇ, ἑσσώθησαν· καὶ οὕτω δὴ ἔπλεον ἐς Λακεδαίμονα. εἰσὶ δὲ, οἳ λέγουσι τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικῆσαι Πολυκράτεα· λέγοντες, ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ὀρθῶς. οὐ-

---

misit, Cambysi mandans ne retro eos dimitteret.

45. Et alii quidem negant Samios a Polycrate missos, in Ægyptum pervenisse: sed quum in Carpathio mari cursum tenerent, inter se colloquutos decrevisse ne ulterius tenderent. Alii vero aiunt pervenisse in Ægyptum, ac retentos inde fugam fecisse: et in Samum redeuntibus Polycratem cum classe occurrentem pugnavisse; sed illos, qui redirent, superasse, atque in insulam exisse: ubi mox pugna pedestri commissa victi sint, atque ita Lacedæmonem navigarunt. Sunt, qui dicant eosdem ab Ægypto redeuntes adversus Polycratem victoria potitos fuisse: non recte dicentes mea opinione. Ne-

δὲν γὰρ ἔδει σφέας Λακεδαιμονίους ἐπικαλέεσθαι, εἴπερ αὐτοὶ ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκράτεα παραστήσασθαι. πρὸς δὲ τούτοισι, οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ ἐπίκουροι μισθωτοὶ καὶ τοξόται οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοὶ, τοῦτον ὑπὸ τῶν κατιόντων Σαμίων ἐόντων ὀλίγων ἑσσωθῆναι· τῶν δ' ὑπ' ἑωϋτῷ ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας, εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι νεωσοίκοισι.

μϛ'. Ἐπεί τε δὲ οἱ ἐξελαθέντες Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην, καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, ἔλεγον πολλὰ, οἷα κάρτα δεόμενοι. οἱ δέ σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο, τὰ μὲν πρῶτα λεχ-

---

que enim opportuisset illos adsciscere Lacedæmonios, si per se satis ad expellendum Polycratem validi erant. Præterea nec rationi convenit, ut cui permulti aderant, cum auxiliarii mercede conducti, tum domestici sagittarii, is a Samiis redeuntibus numero paucis fuerit superatus; eorum vero qui sub ipso erant civium liberi atque uxores Polycrates in navalia coactos tenebat paratos, ut si ii eum redeuntibus aliis prodidissent, una cum ipsis navalibus combureret.

46. Posteaquam vero Samii qui a Polycrate exacti erant, Spartam venerunt, introducti ad principes multa sane, qualia supplices, commemorabant. Quibus illi primo congressu responderunt, eorum quæ isti dixissent,

θέντα ἐπιλεληθέναι, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι. μετὰ δὲ ταῦτα, δεύτερα καταστάντες, ἄλλο μὲν εἶπον οὐδὲν, θύλακον δὲ φέροντες, ἔφασαν τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι. οἱ δέ σφι ὑπεκρίναντο, τῷ θυλάκῳ περιειργάσθαι· βοηθέειν δ' ὦν ἔδοξε αὐτοῖσι.

μζ'. Καὶ ἔπειτα παρασκευασάμενοι ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνοι ἐπὶ Σάμον· ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι, εὐεργεσίας ἐκτίνοντες ὅτι σφι πρότεροι αὐτοὶ νηῦσι ἐβοήθησαν ἐπὶ Μεσσηνίους· ὡς δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς, τὸν ἦγον Κροίσῳ, καὶ τοῦ θώρηκος τὸν αὐτοῖσι Ἄμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς ἔπεμψε δῶρον. καὶ γὰρ θώρηκα ἐληΐσαντο τῷ προ-

---

priorum quidem oblitos esse, posteriora vero non intelligere. Secundo deinde congressu nihil isti dixerunt, nisi allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem responderunt panario curiose actum fuisse. Itaque opem ferendam eis censuerunt.

47. Ac postea instructi Lacedæmonii, cum exercitu in Samum se contulere, referendæ gratiæ causa, ut Samii aiunt, quia illis aliquando Samii adversus Messenios navibus auxilio fuissent: ut vero Lacedæmonii aiunt, non tam ut tutarentur precantes Samios, militavisse, quam ut ulciscerentur rapinam crateris, quem Crœso portabant, et thoracis ab Amasi rege Ægypti ipsis muneri missi. Interceperant enim Samii priore

τέρῳ ἔτεϊ ἢ τὸν κρητῆρα, οἱ Σάμιοι· ἐόντα μὲν λίνεον, καὶ ζώων ἐνυφασμένων συχνῶν, κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου· τῶνδε εἵνεκα θωϋμάσαι ἄξιον, ἁρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει· ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ, ἔχει ἁρπεδόνας ἐν ἑωϋτῇ τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα, πάσας φανεράς. τοιοῦτος ἕτερός ἐστι καὶ τὸν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε τῇ Ἀθηναίῃ Ἄμασις.

μή. Συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ὥστε γενέσθαι, καὶ Κορίνθιοι προθύμως· ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δή τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός. Κερκυραίων γὰρ παῖδας τριηκοσίους ἀνδρῶν τῶν

---

quam craterem anno, thoracem quoque, lineum quidem, et frequentibus animalium figuris intextis, sed ornatum auro lanisque ex xylo: ob id admiratione dignum faciunt thoracis licia: nam quum ea tenuia et exilia, tamen in se habeant trecenta ac sexagena licia, singulaque conspicua. Qualis alter est, quem in Lindo Minervæ idem Amasis dedicavit.

48. Adjuverunt autem hanc expeditionem contra Samios, ut fieret, admodum prompte Corinthii. In quos etiam Samiorum extabat injuria ætate, quæ præcessit hanc expeditionem, circa idem tempus facta, quo crater interversus est. Nam quum Periander Cypseli filius, Sardes ad Alyattem castrandos mitteret trecentos primorum in Corcyræis liberos, Corinthii-

πρώτων, Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε παρὰ Ἀλυάττεα ἐπ' ἐκτομῇ· προσχόντων δὲ ἐς τὴν Σάμον τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων, πυθόμενοι οἱ Σάμιοι τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας ἐδίδαξαν ἱροῦ ἅψασθαι Ἀρτέμιδος· μετὰ δὲ, οὐ περιορέοντες ἀπέλκειν τοὺς ἱκέτας ἐκ τοῦ ἱροῦ, σιτίων δὲ τοὺς παῖδας ἐργόντων Κορινθίων, ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι ὁρτὴν, τῇ καὶ νῦν ἔτι χρέονται κατὰ ταυτά· νυκτὸς γὰρ ἐπιγενομένης, ὅσον χρόνον ἱκέτευον οἱ παῖδες, ἵστασαν χοροὺς παρθένων τε καὶ ἠιθέων· ἱστάντες δὲ τοὺς χοροὺς τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι· ἵνα ἁρπάζοντες οἱ τῶν Κερκυραίων παῖδες ἔχοιεν τροφήν. ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγένετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι τῶν παίδων οἱ φύλακοι

---

que qui illos ducebant, Samum appulsi essent, audita Samii causa cur Sardes ducerentur, primum edocuere pueros, ut templum Dianæ tangerent: deinde non negligentes abstrahere supplices a templo, quum arcerent Corinthii eos alimentis, ipsi Samii diem solennem egerunt, quem nunc quoque per eadem facta celebrant. Quum enim nox advenerat, quamdiu pueri supplicabant, exercebant choros virginum atque adolescentium, et interea dum choros exercent, ritum instituerunt ferendi esculenta ex sesamo ac melle, ut ea Corcyræorum filii rapientes, alimenta haberent; id eousque factum est, dum Corinthii pue-

οἴχοντο ἀπολιπόντες· τοὺς δὲ παῖδας ἀπήγαγον ἐς Κέρκυραν οἱ Σάμιοι.

μθ΄. Εἰ μέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ οὐκ ἂν συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ταύτης εἵνεκεν τῆς αἰτίης. νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι (συγγενέες)· τούτων ὦν εἵνεκεν ἀπεμνησικάκεον τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι. ἀπέπεμπε δὲ ἐς Σάρδις ἐπ' ἐκτομῇ Περίανδρος, τῶν πρώτων Κερκυραίων ἐπιλέξας τοὺς παῖδας, τιμωρεύμενος. πρότεροι γὰρ οἱ Κερκυραῖοι ἦρξαν ἐς αὐτὸν πρῆγμα ἀτάσθαλον ποιήσαντες.

ν΄. Ἐπεί τε γὰρ τὴν ἑωϋτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν Περίανδρος ἀπέκτεινε, συμφορὴν τοι-

---

rorum custodes, illis omissis, abierunt. Ita Samii pueros Corcyram reduxerunt.

49. Quod si defuncto Periandro, Corinthiis cum Corcyræis amicitia extitisset, illi non fuissent portio expeditionis hujus contra Samum propter hanc causam: nunc ab ipsis insulæ originibus, Corinthii semper cum Corcyræis discordes mutuo fuere. Hujus igitur rei memores Corinthii, exulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad castrandum Sardes primorum Corcyræorum delectos pueros, ulciscendi gratia, quia Corcyræi priores nefandum facinus in eum admiserant.

50. Nam posteaquam uxorem suam Melissam necavit Perian-

ἤνδε οἱ ἄλλην συνέβη πρὸς τῇ γεγονυίῃ γενέσθαι· ἦσάν οἱ ἐκ Μελίσσης δύο παῖδες, ἡλικίην ὁ μὲν, ἑπτακαίδεκα, ὁ δὲ, ὀκτωκαίδεκα ἔτεα γεγονώς· τούτους ὁ μητροπάτωρ Προκλῆς, ἐὼν Ἐπιδαύρου τύραννος, μεταπεμψάμενος παρ' ἑωϋτὸν, ἐφιλοφρονέετο, ὡς εἰκὸς ἦν, θυγατρὸς ἐόντας τῆς ἑωϋτοῦ παῖδας· ἐπεί τε δέ σφεας ἀπεπέμπετο, εἶπε προπέμπων αὐτοὺς, "Ἆρα "ἴστε, ὦ παῖδες, ὃς ὑμέων τὴν μητέρα ἀπέ-"κτεινε;" τοῦτο τὸ ἔπος ὁ μὲν πρεσβύτερος αὐτῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο· ὁ δὲ νεώτερος, τῷ οὔνομα ἦν Λυκόφρων, ἤλγησε ἀκούσας οὕτω, ὥστε ἀπικόμενος ἐς τὴν Κόρινθον, ἅτε φονέα τῆς μητρὸς τὸν πατέρα οὔτε προσεῖπε, διαλεγομένῳ τε οὔτε προσδιελέγετο, ἱστορέοντί τε λόγον οὐδένα ἐδίδου. τέλος δέ

---

der, accidit, ut ad superiorem calamitatem hæc quoque altera illi accederet. Erant ei ex Melissa filii duo, unus septem et decem, et alter duodeviginti natus annos, hos avus maternus Procles, Epidauri tyrannus, ad se accitos, ea prosequebatur charitate qua par erat nepotes ex filia sua. Quos ubi remittendos statuit, deducens illos, Scitis, inquit, pueri, quis matrem vestram interemerit? Hoc dictum, ei qui major natu erat, nullius momenti habitum est: an minor, cui nomen erat Lycophroni, ita hoc audito doluit, ut reversus Corinthum, patrem neque salutaverit, neque colloquentem vicissim alloqui, ac ne interroganti quidem sermonem aliquem dederit. Eum Perian-

μιν περιθύμως ἐχόμενος ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων.

να'. Ἐξελάσας δὲ τοῦτον, ἱστόρεε τὸν πρεσβύτερον τά σφι ὁ μητροπάτωρ διελέχθη. ὁ δέ οἱ ἀπηγέετο ὥς σφεας φιλοφρόνως ἐδέξατο. ἐκείνου δὲ τοῦ ἔπεος τό σφι ὁ Προκλῆς ἀποστέλλων εἶπε, ἅτε οὐ νόῳ λαβὼν, οὐκ ἐμέμνητο. Περίανδρος δὲ οὐδεμίην μηχανὴν ἔφη εἶναι μὴ οὔ σφι ἐκεῖνον ὑποθέσθαι τι· ἐλιπάρεέ τε ἱστορέων. ὁ δὲ, ἀναμνησθεὶς, εἶπε καὶ τοῦτο· Περίανδρος δὲ νόῳ λαβὼν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδὲν, ᾗ ὁ ἐξελαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον, ἀπηγόρευε μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. ὁ δὲ, ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπελαύνετ' ἂν καὶ ἀπὸ

der tandem sane indignatus a laribus ejecit.

51. Quo ejecto, majorem natu percontatur quænam cum ipsis avus esset colloquutus. Ille narrare ut ipsos avus amantissime accepisset: non tamen recordari dicti illius quod Procles in eis dimittendis dixisset, quippe quod in mentem non admiserat. Periander dicere, nulla ratione fieri posse quin aliquid illis ab avo sit suggestum: itaque percontando instare. Tunc adolescens in memoriam revocans, id quoque narravit. Quod Periander etiam animo attendens, tamen nolens aliquid concedere mollius, mittit illuc apud quos filius ab ipso expulsus degebat, prohibens ne adolescentem in domum excipiant. Iste postquam ejectus in alteram se domum conferebat, ab hac quoque

ταύτης, ἀπειλέοντός τε τοῦ Περιάνδρου τοῖσι δεξαμένοισι, καὶ ἐξείργειν κελεύοντος· ἀπελαυνόμενος ἀνήϊε ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων· οἱ δὲ, ἅτε Περιάνδρου ἐόντα παῖδα, καίπερ δειμαίνοντες, ὅμως ἐδέκοντο.

νϐ'. Τέλος δὲ, ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν ἢ οἰκίοισι ὑποδέξηταί μιν, ἢ προσδιαλεχθῇ, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἴπας. πρὸς ὦν δὴ τοῦτο τὸ κήρυγμα, οὔτε τίς οἱ διαλέγεσθαι, οὔτε οἰκίοισι δέκεσθαι ἤθελε· πρὸς δὲ, οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐδικαίευ πειρᾶσθαι ἀπειρημένου, ἀλλὰ διακαρτερέων ἐν τῇσι στοῇσι ἐκαλινδέετο. τετάρτῃ δ' ἡμέρῃ ἰδών μιν ὁ Περίανδρος ἀλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα οἴκτειρε· ὑπεὶς δὲ τῆς ὀργῆς, ἤϊε ἆσσον, καὶ ἔλε-

---

abigebatur; et Periandro iis qui acceperant comminante, atque ut arcerent imperante, expulsus in aliam sodalium domum se contulit. Illi etsi formidantes, tamen quod esset Periandri filius, hominem excipiebant.

52. Ad postremum Periander per præconem edici jussit, quisquis hunc in domum reciperet, aut alloqueretur, eum sacram mulctam Apollini debiturum, quantum ipse nuncupans. Ad hoc edictum quum nemo affari, nemo illum in domum recipere vellet, etiam ipse ille non putavit rem illicitam esse tentandam: sed sustinens in porticibus assidue versabatur. Quem die quarta Periander illuvie et inedia enectum cernens, miser-

γε, "Ὦ παῖ, κότερα τούτων αἱρετώτερά "ἐστι, ταῦτα τὰ νῦν ἔχων πρήσσεις, ἢ τὴν "τυραννίδα, καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ νῦν ἐγὼ ἔχω, "ταῦτα, ἐόντα τῷ πατρὶ ἐπιτήδεον, παρα-"λαμβάνειν; ὃς ἐὼν ἐμός τε παῖς, καὶ Κο-"ρίνθου τῆς εὐδαίμονος βασιλεὺς, ἀλήτην "βίον εἵλευ, ἀντιστατέων τε καὶ ὀργῇ χρεό-"μενος ἐς τόν σε ἥκιστα ἐχρῆν. εἰ γάρ τις "συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε ἐξ ἧς ὑποψίην "ἐς ἐμὲ ἔχεις, ἐμοί τε αὕτη γέγονε, καὶ "ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι, ὅσῳ αὐ-"τός σφε ἐξεργασάμην. σὺ δὲ μαθὼν ὅσῳ "φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτείρεσθαι, "ἅμα τε ὁκοῖόν τι ἐς τοὺς τοκῆας καὶ ἐς "τοὺς κρέσσονας τεθυμῶσθαι, ἄπιθι ἐς τὰ "οἰκία." Περίανδρος μὲν τούτοισι αὐτὸν κα-

tus est, depositaque ira propius accedens, Fili, inquit, utrum est optabilius, istud quod cum maxime toleras, an tyrannidem atque opes, quas ego nunc habeo, accipere patri obtemperantem? qui quum sis et meus filius et beatæ Corinthi rex, præoptasti mendicam vitam, obsistendo atque irascendo illi cui minime debebas. Nam si quid calamitatis in iis accidit, unde suspicionem in me habes, id mihi accidit, ejusque ego particeps eo magis sum, quod ipse id perpetravi. Tu vero, edoctus quanto satius sit invideri quam miserabilem esse, et simul quid sit in parentes et in majores irasci, abi domum. Periander quidem his verbis filium corripiebat: ille autem nihil patri respondit,

τελάμβανε· ὁ δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀμείβεται τὸν πατέρα, ἔφη δέ μιν ἱρὴν ζημίην ὀφείλειν τῷ θεῷ, ἑωϋτῷ ἐς λόγους ἀπικόμενον. μαθὼν δὲ ὁ Περίανδρος ὡς ἄπορόν τι τὸ κακὸν εἴη τοῦ παιδὸς καὶ ἀνίκητον, ἐξ ὀφθαλμῶν μιν ἀποπέμπεται, στείλας πλοίῳ ἐς Κέρκυραν· ἐπεκράτεε γὰρ καὶ ταύτης. ἀποστείλας δὲ τοῦτον ὁ Περίανδρος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν πενθερὸν Προκλέα, ὡς τῶν παρεόντων οἱ πρηγμάτων ἐόντα αἰτιώτατον· καὶ εἷλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἷλε δὲ αὐτὸν Προκλέα, καὶ ἐζώγρησε.

νγ΄. Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος, ὅ, τε Περίανδρος παρηβήκεε, καὶ συνεγινώσκετο ἑωϋτῷ οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν, πέμψας ἐς τὴν Κέρκυραν, ἀπεκάλεε τὸν Λυκόφρονα ἐπὶ τὴν τυραν-

---

nisi ipsum sacram mulctam deo debere, quod in ipsius colloquium venisset. Ibi Periander animadvertens malum filii desperatum esse et insuperabile, ab oculis eum amandavit, navigio in Corcyram missum, nam et huic imperitabat. Eo autem amandato, bellum socero Procli intulit, tanquam præcipuo harum rerum autori: expugnataque Epidauro, Proclem cepit, quem tamen vivum servavit.

53. Interjecto deinde tempore quum senuisset Periander, sibique esset conscius se non esse amplius parem administrandis obeundisque rebus, mittit Corcyram arcessitum Lycophronem ad tyrannidem. Nam in majo

νίδα· ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων οὐκ ἐνεώρα, ἄλλα οἱ κατεφαίνετο εἶναι νωθέστερος. ὁ δὲ Λυκόφρων οὐδὲ ἀνακρίσιος ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίην. Περίανδρος δὲ, περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω, δεύτερα ἀπέστειλε ἐπ' αὐτὸν τὴν ἀδελφεὴν, ἑωϋτοῦ δὲ θυγατέρα, δοκέων μιν μάλιστα ταύτῃ ἂν πείθεσθαι. ἀπικομένης δὲ ταύτης, καὶ λεγούσης, "Ὦ "παῖ, βούλεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους "πεσέειν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορη-"θέντα μᾶλλον, ἢ αὐτὸς σφε ἀπελθὼν ἔχειν; "ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία, παῦσαι σεωϋτὸν ζημιῶν. "φιλοτιμίη, κτῆμα σκαιόν· μὴ τῷ κακῷ "τὸ κακὸν ἰῶ. πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιει-"κέστερα προτιθέασι· πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μη-"τρῷα διζήμενοι, τὰ πατρῷα ἀπέβαλον. τυ-"ραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· πολλοὶ δὲ αὐτῆς

re filio nihil animadvertebat, hebetiorque esse ei videbatur. Lycophron ne interrogatione quidem est dignatus eum, qui sibi nuncium afferebat. At Periander in amorem adolescentis propensus, rursus ad eum misit sororem filiam suam, sperans fore ut ille huic præcipue auscultaret. Hæc, ubi venit, O puer, inquit, mavis tyrannidem recidere in alios, et domum patris dispergi potius, quam tu ipse habere illuc reversus? Redi quæso ad penates, desine tibimet officere. Ambitio est possessio sinistra: noli malum medicari malo. Multi justis mansuetiora præponunt, multi jam et materna quærentes, paterna amiserunt. Lubrica res est tyrannis, cujus multi sunt

“ ἐρασταί εἰσι. ὁ δὲ, γέρων τε ἤδη καὶ παρ-
“ ηβηκώς· μὴ δῷς τὰ σεωϋτοῦ ἀγαθὰ ἄλ-
“ λοισι.” ἡ μὲν δὴ τὰ ἐπαγωγότατα διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἔλεγε πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ, ὑποκρινάμενος, ἔφη οὐδαμᾶ ἥξειν ἐς Κόρινθον, ἔστ᾽ ἂν πυνθάνηται περιεόντα τὸν πατέρα. ἀπαγγειλάσης δὲ ταύτης ταῦτα, τὸ τρίτον ὁ Περίανδρος κήρυκα πέμπει, βουλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν· ἐκεῖνον δὲ ἐκέλευε ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον, διάδοχον γίνεσθαι τῆς τυραννίδος. καταινέσαντος δ᾽ ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον. μαθόντες δὲ οἱ Κερκυραῖοι τούτων ἕκαστα, ἵνα μή σφι Περίανδρος ἐς τὴν χώρην ἀπίκηται, κτείνουσι τὸν νεηνίσκον. ἀντὶ τούτων μὲν Περίανδρος Κερκυραίους ἐτιμωρέετο.

---

amatores. Pater senex jam est provectæque ætatis: tua ipsius bona ne aliis tradas. His illa verbis ad inducendum maxime appositis fratrem alloquebatur, a patre edocta. Cui iste respondens, negat se iturum Corinthum quoad patrem superesse audiret. Hoc quum mulier renunciasset, tertio Periander caduceatorem mittit, qui dicat se quidem in Corcyram velle concedere, sed ut hic Corinthum proficiscatur ad tyrannidis successionem. Id approbante filio, Periander Corcyram ipse veniebat, juvenis Corinthum. Hæc omnia edocti Corcyræi, ne ad ipsorum regionem Periander accederet, adolescentem interimunt. Ob hæc igitur Periander de Corcyræis ultionem sumebat.

νδ΄. Λακεδαιμόνιοι δὲ στόλῳ μεγάλῳ ὡς ἀπίκοντο, ἐπολιόρκεον Σάμον· προσβαλόντες δὲ πρὸς τὸ τεῖχος, τοῦ μὲν πρὸς θαλάσσῃ ἑστεῶτος πύργου κατὰ τὸ προάστειον τῆς πόλιος ὑπερέβησαν· μετὰ δὲ, αὐτοῦ βοηθήσαντος Πολυκράτεος χειρὶ πολλῇ, ἀπηλάθησαν. κατὰ δὲ τὸν ἐπάνω πύργον τὸν ἐπὶ τῆς ῥάχιος τοῦ οὔρεος ἐπεόντα ἐπεξῆλθον οἵ τε ἐπίκουροι καὶ αὐτῶν Σαμίων συχνοί· δεξάμενοι δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπ᾽ ὀλίγον χρόνον, ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ, ἐπισπόμενοι, ἔκτεινον.

νε΄. Εἰ μέν νυν οἱ παρεόντες Λακεδαιμονίων ὅμοιοι ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην Ἀρχίῃ τε καὶ Λυκώπῃ, αἱρέθη ἂν Σάμος. Ἀρχίης γὰρ καὶ Λυκώπης μοῦνοι συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ απο-

---

54. Lacedæmonii ingenti cum classe ubi pervenere, Samum obsederunt, succedentesque muro, turrem mari imminentem in suburbio transcenderunt. Sed mox cum magna manu suppetios ipso ferente Polycrate, rejecti sunt. Sed quum a superiore turri, quæ tergo montis imposita erat, erupissent tum auxiliarii, tum ipsorum Samiorum permulti, et aliquantisper Lacedæmonios sustinuissent ipsi, retro fugam fecerunt, insequentique ab hoste cædebantur.

55. Quod si Lacedæmonii qui aderant, Archiæ et Lycopæ similes extitissent eo die, capta Samus fuisset. Siquidem Archias et Lycopes soli cum Samiis intra murum simul irruentes, interclusa ad redeundum

κληϊσθέντες τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ἀπέθανον ἐν τῇ πόλι τῇ Σαμίων. τρίτῳ δὲ ἀπ᾽ Ἀρχίεω τούτου γεγονότι ἄλλῳ Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίεω, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην· δήμου γὰρ τούτου ἦν· ὃς ξείνων πάντων μάλιστα ἐτίμα τε Σαμίους, καί οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ ὁ πατὴρ Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε· τιμᾷν δὲ Σαμίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων εὖ.

νϛ´. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὥς σφι τεσσεράκοντα ἐγεγόνεσαν ἡμέραι πολιορκέουσι Σάμον, ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων, ἀπαλλάσσοντο ἐς Πελοπόννησον. ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται, λέγεται Πολυκράτεα ἐπιχώριον νόμισμα κόψαντα πολλὸν

---

via, intra urbem Samiorum occubuerunt. Equidem ipse cum tertio ab hoc Archia alio Archia, qui Archiæ nepos Samii, filius, congressus sum apud Pitanen, hujus enim populi erat, qui ex omnibus hospitibus maxime Samios honorabat, dicente patri suo nomen Samio fuisse inditum, quod ei pater Archias strenue pugnans in Samo mortem oppetisset: se vero ideo Samiis honorem habere, quod avus suus fuisset a Samiis publica affectus sepultura egregie.

56. Lacedæmonii, quadraginta diebus in obsidendo absumptis, quum in suscepta re nihil admodum proficerent, in Pelopennesum redierunt. Fertur, Polycratem, ut rumor quidam temerarius emanavit, magnum numerum monetæ patriæ e plumbo percussisse, eamque

μολύβδου, καταχρυσώσαντα, δοῦναί σφι· τοὺς δὲ, δεξαμένους, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι. ταύτην πρώτην στρατηΐην ἐς τὴν Ἀσίην Λακεδαιμόνιοι Δωριέες ἐποιήσαντο.

νζ'. Οἱ δ' ἐπὶ τὸν Πολυκράτεα στρατευσάμενοι Σαμίων, ἐπεὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοὺς ἀπολείπειν ἔμελλον, καὶ αὐτοὶ ἀπέπλεον ἐς Σίφνον· χρημάτων γὰρ ἐδέοντο. τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων οὕτω, ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων, θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται, ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι· αὐτοὶ δὲ τὰ γινόμενα τῷ ἐνιαυτῷ ἑκάστῳ χρήματα διενέμοντο. ὅτε ὦν ἐποιεῦντο τὸν θη-

---

auro induxisse, ac Lacedæmoniis dedisse: atque ea accepta illos recessisse. Hanc primam expeditionem Lacedæmonii Dorienses in Asiam susceperunt.

57. Samii, qui Polycrati bellum intulerant, posteaquam a Lacedæmoniis se relictum iri vident, et ipsi transmiserunt in Siphnum, deficiebant enim pecuniæ. Vigebant autem ea tempestate Siphniorum res, erantque inter insulares locupletissimi, ut quibus in insula essent auraria et argenti metalla, unde tantum pecuniæ redibat, ut ex decimis ejus reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par. Siphnii autem ipsi pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, distribuebant. Qui dum thesaurum parabant, nun-

σαυρὸν, ἐχρέοντο τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τέ ἐστι πολὺν χρόνον παραμένειν. ἡ δὲ Πυθίη ἔχρησέ σφι τάδε,

Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήϊα λευκὰ γένηται,
Λεύκοφρύς τ' ἀγορὴ, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς,
Φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον κήρυκά τ' ἐρυθρόν.

τοῖσι δὲ Σιφνίοισι τότε ἦν ἡ ἀγορὴ καὶ τὸ πρυτανήϊον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα.

νη'. Τοῦτον τὸν χρησμὸν οὐκ οἷοί τε ἦσαν γνῶναι, οὔτε τότε ἰθὺς, οὔτε τῶν Σαμίων ἀπιγμένων. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα πρὸς τὴν Σίφνον προσέσχον οἱ Σάμιοι, ἔπεμπον τῶν νεῶν μίαν πρέσβεας ἄγουσαν ἐς τὴν πόλιν. τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλοιφέες· καὶ ἦν τοῦτο τὸ ἡ Πυθίη προηγόρευε τοῖσι Σιφνίοισι, φυλάξασθαι τὸν ξύλινον λόχον κε-

---

quid diu permanere possent ipsis præsentia bona, consuluere oraculum. Eis ita Pythia respondit,

Quum tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,
Cana fori facies, tunc vir vafer adsit oportet,
Qui notet e ligno agmen, legatumque rubentem.

Erat eo tempore Siphniis forum et prytaneium Pario lapide exculta.

58. Hoc autem oraculum Siphnii neque tunc statim, neque post adventum Samiorum intelligere potuerunt. Nam Samii quum primum ad Siphnum adplicuissent, miserunt ad urbem cum legatis unam e navibus. Veteri autem instituto naves omnes erant rubrica delibu-

λεύουσα, καὶ κήρυκα ἐρυθρόν. ἀπικόμενοι δ' ὦν οἱ ἄγγελοι ἐδέοντο τῶν Σιφνίων, δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι· οὐ φασκόντων δὲ χρήσειν τῶν Σιφνίων αὐτοῖσι, οἱ Σάμιοι τοὺς χώρους αὐτῶν ἐπόρθεον. πυθόμενοι δ' ἰθὺς ἧκον οἱ Σίφνιοι βοηθέοντες, καὶ συμβαλόντες αὐτοῖσι, ἑσσώθησαν· καὶ αὐτῶν πολλοὶ ἀπεκληΐσθησαν τοῦ ἄστεος ὑπὸ τῶν Σαμίων· καὶ αὐτοὺς μετὰ ταῦτα ἑκατὸν ταλαντα ἔπρηξαν.

νθ'. Παρὰ δὲ Ἑρμιονέων νῆσον ἀντὶ χρημάτων παρέλαβον, Ὑδρέαν τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ, καὶ αὐτὴν Τροιζηνίοισι παρακατέθεντο· αὐτοὶ δὲ Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν· οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελῶντες ἐκ τῆς νήσου· ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ καὶ εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε, ὥστε τὰ ἱρὰ τὰ ἐν

tæ: atque hoc erat quod Siphniis Pythia prædixit, ut observarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur ubi pervenere, decem sibi talenta mutuari Siphnios precabantur. Negantibus Siphniis se mutua daturos, Samii eorum agros populabantur. Id audientes Siphnii, continuo occurrentes, commissa pugna fugati sunt, eorumque multi ab urbe a Samiis interclusi, a quibus postea centum talenta exegerunt.

59. Ab Hermionensibus insulam Samii pecuniarum loco acceperunt, Hydream, Peloponneso adjacentem, quam Trœzeniis obligaverunt: ipsi Cydoniam in Creta condiderunt, quum illuc non ea de causa navigassent, sed ut Zacynthios ex insula summoverent. In hac quinquennium degentes, ita rem be-

Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν, οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες, καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν. ἕκτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγινῆται αὐτοὺς ναυμαχίῃ νικήσαντες, ἠνδραποδίσαντο μετὰ Κρητῶν· καὶ τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ. ταῦτα δὲ ἐποίησαν ἔγκοτον ἔχοντες Σαμίοισι Αἰγινῆται· πρότεροι γὰρ Σάμιοι ἐπ' Ἀμφικράτεος βασιλεύοντος ἐν Σάμῳ, στρατευσάμενοι ἐπ' Αἴγιναν, μεγάλα κακὰ ἐποίησαν Αἰγινήτας, καὶ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνων· ἡ μὲν αἰτίη αὕτη.

ξ'. Ἐμήκυνα δὲ περὶ Σαμίων μᾶλλον, ὅτι σφι τρία ἐστὶ μέγιστα ἁπάντων Ἑλλήνων ἐξεργασμένα, οὔρεός τε ὑψηλοῦ ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀργυιάς· τούτου τὸ ὄρυγμα κάτωθεν ἀρξάμενον, ἀμφίστομον. τὸ μὲν μῆκος

---

ne gesserunt, ut templa quæ nunc in Cydonia visuntur, isti fecerint, et Dictynnæ præterea delubrum. Sexto eos anno Æginetæ navali prœlio victos cum Cretensibus subegerunt in servitutem, ac naves aprugnis proris instructas, rostratas, mutilaverunt, easque apud Minervæ templum in Ægina dedicaverunt. Hæc Æginetæ Samiis fecere, infensi quod illi antea sub Amphicrate Sami rege, bello Æginæ illato, magnis cladibus illos affecerant, et invicem affecti fuerant, et hæc quidem fuit causa.

(60). Protraxi autem sermonem de Samiis ob hoc magis, quod tria sunt apud eos opera Græcanicorum omnium maxima. Unum montis in centum quinquaginta orgyias editi; fossa ab ejus imo incipiens habet duplex

τοῦ ὀρύγματος, ἑπτὰ στάδιοί εἰσι· τὸ δὲ ὕψος καὶ εὖρος, ὀκτὼ ἑκάτερον πόδες. διὰ παντὸς δὲ αὐτοῦ ἄλλο ὄρυγμα εἰκοσίπηχυ βάθος ὀρώρυκται, τρίπουν δὲ τὸ εὖρος, δι' οὗ τὸ ὕδωρ ὀχετευόμενον διὰ σωλήνων, παραγίνεται ἐς τὴν πόλιν ἀγόμενον ἀπὸ μεγάλης πηγῆς. ἀρχιτέκτων δὲ τοῦ ὀρύγματος τούτου ἐγένετο Μεγαρεὺς Εὐπαλῖνος Ναυστρόφου. τοῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τριῶν ἐστι· δεύτερον δὲ περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κατὰ εἴκοσι ὀργυιέων· μῆκος δὲ τοῦ χώματος, μέζον δύο σταδίων. τρίτον δέ σφι ἐξέργασται νηὸς μέγιστος πάντων νηῶν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω ἐπιχώριος. τούτων εἵνεκε μᾶλλόν τι περὶ Σαμίων ἐμήκυνα.

---

os, longitudinis fossæ septem stadiorum; celsitudinis autem ac latitudinis, utriusque octonum pedum. Item per eum totum altera fossa depressa est viginti cubitorum altitudinis, trium pedum latitudinis, per quam derivata a magno fonte aqua, fistulis diffusa in urbem deducitur. Hujus fossæ architectus extitit Megarensis Eupalinus Naustrophi filius. Hoc primum e tribus operibus est. Alterum agger circa portum in mari, ad viginti orgyias altitudinis, duobus amplius stadiis longitudinis. Tertium opus est templum omnium quæ nos vidimus amplissimum, cujus architectus primus extitit Rhœcus, Philei filius, indigena. Horum operum gratia sermonem aliquanto magis de Samiis extendi.

ξα΄. Καμβύσῃ δὲ τῷ Κύρου, χρονίζοντι περὶ Αἴγυπτον, καὶ παραφρονήσαντι, ἐπανιστέαται ἄνδρες μάγοι δύο ἀδελφεοί· τῶν τὸν ἕτερον καταλελοίπεε τῶν οἰκίων μελεδωνὸν ὁ Καμβύσης. οὗτος δὴ ὦν οἱ ἐπανήστη, μαθών τε τὸν Σμέρδιος θάνατον, ὡς κρύπτοιτο γενόμενος, καὶ ὡς ὀλίγοι τε ἦσαν οἱ ἐπιστάμενοι αὐτὸν Περσέων, οἱ δὲ πολλοὶ περιεόντα μιν εἰδείησαν· πρὸς ταῦτα βουλεύσας τάδε, ἐπεχείρησε τοῖσι βασιληΐοισι. ἦν οἱ ἀδελφεὸς τὸν εἶπά οἱ συνεπαναστῆναι, οἰκὼς μάλιστα τὸ εἶδος Σμέρδι τῷ Κύρου, τὸν ὁ Καμβύσης ἐόντα ἑωϋτοῦ ἀδελφεὸν ἀπέκτεινε. ἦν τε δὴ ὅμοιος εἶδος τῷ Σμέρδι, καὶ δὴ καὶ οὔνομα τὠϋτὸ εἶχε Σμέρδιν. τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης, ὡς οἱ αὐτὸς πάντα δια-

61. Cambyse Cyri circa Ægyptum moras trahente, ac desipiente, duo magi iidemque fratres contra eum insurrexerunt: quorum alterum Cambyses reliquerat rei domesticæ curatorem. Hic cognita Smerdis nece, quæ occultabatur, paucisque Persarum erat nota, plerisque eum vivere arbitrantibus, hæc in consilium istud adhibens inhiavit regiis opibus. Erat ei frater, quem dixi una cum illo contra eum conspirasse, corporis habitu quam simillimus Smerdi, Cyri filio, quem Cambyses fratrem suum interemit: nec specie tantum corporis Smerdi assimilis, sed etiam nomen habebat Smerdin. Hunc virum, quum magus Patizithes ei persuasisset, se illi omnia per-

πρήξει, εἶσε ἄγων ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον. ποιήσας δὲ τοῦτο, κήρυκας διέπεμπε τῇ τε ἄλλῃ καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον, προερέοντα τῷ στρατῷ ὡς Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' οὐ Καμβύσεω.

ξβ'. Οἵ τε δὴ ὦν ἄλλοι κήρυκες προηγόρευον ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὁ ἐπ' Αἴγυπτον ταχθεὶς, εὕρισκε γὰρ Καμβύσεα καὶ τὸν στρατὸν ἐόντα τῆς Συρίης ἐν Ἀγβατάνοισι, προηγόρευε στὰς ἐς μέσον τὰ ἐντεταλμένα ἐκ τοῦ μάγου. Καμβύσης δὲ ἀκούσας ταῦτα ἐκ τοῦ κήρυκος, καὶ ἐλπίσας μιν λέγειν ἀληθέα, αὐτός τε προδεδόσθαι ἐκ Πρηξάσπεος, πεμφθέντα γὰρ αὐτὸν ὡς ἀποκτενέοντα Σμέρδιν, οὐ ποιῆσαι ταῦτα, βλέψας ἐς τὸν Πρηξάσπεα, εἶπε, " Πρήξασπες, οὕτω μοι διεπρήξαο

acturum, in regio solio collocavit. Hoc acto, caduceatores cum alia in loca, tum vero unum in Ægyptum dimittit ad exercitum, qui ediceret, ut Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Cambysi.

62. Hæc caduceatores alii alibi edixere. Is quoque qui ad Ægyptum delegatus erat, invenit autem Cambysem atque exercitum in Ecbatanis Syriæ agentem, stans in medio, præcepta magi exposuit. Hæc audiens Cambyses, vera loqui caduceatorem ratus, seque a Prexaspe esse proditum, quod missus ad occidendum Smerdin, rem non peregisset, intuens in eum, Prexaspes, inquit, ita rem mihi exequutus es, quam injunxeram? Ad quem ille, ista, O

" τό τοι προσέθηκα πρῆγμα;" ὁ δὲ εἶπε,
" Ὦ δέσποτα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως
" κοτέ σοι Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέ-
" στηκε, οὐδὲ ὅκως τι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς
" νεῖκός τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ σμικρόν· ἐγὼ
" γὰρ αὐτὸς, ποιήσας τὰ σύ με ἐκέλευες,
" ἔθαψά μιν χερσὶ τῇσι ἐμεωϋτοῦ· εἰ μέν
" νυν οἱ τεθνεῶτες ἀνεστέασι, προσδέκεό τοι
" καὶ Ἀστυάγεα τὸν Μῆδον ἐπαναστήσεσθαι·
" εἰ δ' ἔστι ὥσπερ προτοῦ, οὐ μήτι τοι ἔκ γε
" ἐκείνου νεώτερον ἀναβλαστήσει. νῦν ὦν μοι
" δοκέει, μεταδιώξαντες τὸν κήρυκα, ἐξετά-
" ζειν εἰρωτεῦντας παρ' ὅτευ ἥκων προαγο-
" ρεύει ἡμῖν Σμέρδιος βασιλῆος ἀκούειν."

ξγ'. Ταῦτα εἴπαντος Πρηξάσπεος, ἤρεσε γὰρ Καμβύσῃ, αὐτίκα μεταδίωκτος γενόμε-

---

here, ait, haudquaquam vera sunt, ut aut frater tuus aliquando rebellaverit in te, aut quippiam ex illo viro certaminis existat magni exiguive, quippe quum ego ipse exequutus, quæ tu mihi imperasti, eum humarim meis ipsius manibus. Quod si defuncti resurgunt, expecta ut tibi etiam Astyages Medus insurrecturus sit: sin autem ita habet ut antea, nullum tibi ex illo novum malum amplius germinabit. Igitur mihi videtur curare, ut reprehendamus caduceatorem, et percontando indagemus, a quo veniens nobis denunciet, Smerdin regem audire.

63. Hæc loquentis Prexaspis Cambysi audienti quum placuissent, confestim reprehensus caduceator venit. Eum, ubi

νος ὁ κῆρυξ ἧκε· ἀπιγμένον δέ μιν εἴρετο ὁ Πρηξάσπης τάδε, " Ὤνθρωπε, φὴς γὰρ ἥκειν " παρὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἄγγελος· νῦν " ὦν εἴπας τὴν ἀληθηΐην, ἄπιθι χαίρων· κό- " τερα αὐτός τοι Σμέρδις φαινόμενος ἐς ὄψιν " ἐνετέλλετο ταῦτα, ἢ τῶν τις ἐκείνου ὑπηρε- " τέων;" ὁ δὲ εἶπε, " Ἐγὼ Σμέρδιν μὲν τὸν " Κύρου ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε " ἐς Αἴγυπτον, οὔκω ὄπωπα· ὁ δέ μοι μάγος, " τὸν Καμβύσης ἐπίτροπον τῶν οἰκίων ἀπέ- " δεξε, οὗτος ταῦτα ἐνετείλατο, φὰς Σμέρδιν " τὸν Κύρου εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἶπαι " πρὸς ὑμέας." ὁ μὲν δή σφι ἔλεγε, οὐδὲν ἐπικατεψευσμένος. Καμβύσης δὲ εἶπε, " Πρηξ- " ασπες, σὺ μὲν, οἷα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ποιήσας " τὸ κελευόμενον, αἰτίην ἐκπέφευγας· ἐμοὶ

---

rediit, Prexaspes his verbis interrogavit, O homo, quandoquidem te ais a Smerdi Cyri filio venire nuncium, dicito veritatem, qua dicta, abito sospes. Utrum Smerdis ipse in conspectum datus tibi ista mandavit, an quispiam ejus ministrorum? Tum ille, Equidem, inquit, ego Smerdin Cyri filium, ex quo Cambyses rex in Ægyptum fecit expeditionem, nunquam conspexi: sed magus, quem Cambyses rerum suarum familiarium procuratorem constituit, is mihi ista mandavit, dicens, Smerdin Cyri filium esse, qui imperet hæc apud vos dicere. Hæc ille loquutus fuit, nihil ementitus. Tum Cambyses, Prexaspes, inquit, tu quidem ut vir bonus, facto quod impera-

" δὲ τίς ἂν εἴη Περσέων ὁ ἐπανεστεὼς, ἐπι-
" βατεύων τοῦ Σμέρδιος οὐνόματος;" ὁ δὲ
εἶπε, " Ἐγώ μοι δοκέω συνιέναι τὸ γεγονὸς
" τοῦτο, ὦ βασιλεῦ· οἱ μάγοι εἰσί τοι οἱ
" ἐπανεστεῶτες, τόν τε ἔλιπες μελεδωνὸν τῶν
" οἰκίων, Πατιζείθης, καὶ ὁ τούτου ἀδελφεὸς
" Σμέρδις."

ξδ'. Ἐνθαῦτα ἀκούσαντα Καμβύσεα τὸ Σμέρδιος οὔνομα, ἔτυψε ἡ ἀληθηΐη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ ἐνυπνίου· ὃς ἐδόκεε ἐν τῷ ὕπνῳ ἀπαγγεῖλαί τινά οἱ, ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ. μαθὼν δὲ ὡς μάτην ἀπολωλεκὼς εἴη τὸν ἀδελφεὸν, ἀπέκλαιε Σμέρδιν. ἀποκλαύσας δὲ, καὶ περιημεκτήσας τῇ ἁπάσῃ συμφορῇ, ἀναθρώσκει ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐν νόῳ

---

tum erat, culpam effugisti: verum quisnam e Persis mihi insurrexerit, occupato Smerdis nomine? Ad quem Prexaspes, Ego, inquit, O rex, hoc quod actum est mihi, videor intelligere. Magi sunt qui adversus te insurrexerunt, Patizithes, quem tu rerum familiarium curatorem reliquisti, et frater ejus Smerdis.

64. Ibi Cambysem, quum Smerdis audisset nomen, percussit veritas sermonis, ac somnii, qui visus fuerat videre in somno aliquem ipsi nunciare, Smerdin regio insidentem solio, cœlum tangere vertice. Agnoscens itaque sine causa fratris interemptorem se fuisse, deflebat Smerdin. Quem ubi deflevit, ut erat omni clade afflictus,

ἔχων τὴν ταχίστην ἐς Σοῦσα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὸν μάγον. καί οἱ ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον, τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει· γυμνωθὲν δὲ τὸ ξίφος παίει τὸν μηρόν. τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο τῇ αὐτὸς πρότερον τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ἆπιν ἔπληξε, ὥς οἱ καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι, εἴρετο ὁ Καμβύσης ὅ, τι τῇ πόλι οὔνομα εἴη· οἱ δὲ εἶπαν ὅτι Ἀγβάτανα. τῷ δὲ ἔτι πρότερον ἐκέχρηστο ἐκ Βουτοῦς πόλιος ἐν Ἀγβατάνοισι τελευτήσειν τὸν βίον. ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι Ἀγβατάνοισι ἐδόκεε τελευτήσειν γηραιὸς, ἐν τοῖσί οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα· τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι ἐν Συρίῃ Ἀγβατάνοισι ἔλεγε ἄρα. καὶ δὴ ὡς τότε ἐπειρεόμενος ἐπύθετο τῆς πόλιος τὸ οὔνομα, ὑπὸ τῆς συμφορῆς τῆς τε ἐκ τοῦ μα-

---

in equum insiluit, habens in animo, quam raptissime Susa versus exercitum ducere in magum. Insilienti in equum, fungus vaginæ gladii excidit, unde nudatus gladius percussit femur. Vulneratus in ea parte, in qua prius ipse Ægyptiorum deum Apin percusserat, postquam visa fuit ipse plaga letalis, Cambyses, quodnam illi oppido nomen esset, interrogavit. Illi aiunt Ecbatana. Et jam antea erat illi redditum ex urbe Buto oraculum, eum in Ecbatanis decessurum: et ipse quidem interpretabatur se in Ecbatanis Mediæ, ubi res ejus omnis erat, senem vita functurum; at oraculum in Ecbatanis Syriæ utique loquebatur. Tunc postquam sciscitatus rescivit oppidi

γου ἐκπεπληγμένος, καὶ τοῦ τρώματος, ἐσωφρόνησε· συλλαβὼν δὲ τὸ θεοπρόπιον, εἶπε, "Ἐνθαῦτα Καμβύσεα τὸν Κύρου ἐστὶ πεπρωμένον τελευτᾷν."

ξέ. Τότε μὲν τοσαῦτα· ἡμέρῃσι δὲ ὕστερον ὡς εἴκοσι μεταπεμψάμενος Περσέων τῶν παρεόντων τοὺς λογιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε, "Ὦ Πέρσαι, καταλελάβηκέ με, τὸ "πάντων μάλιστα ἔκρυπτον πρηγμάτων, "τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι· ἐγὼ γὰρ ἐὼν ἐν "Αἰγύπτῳ, εἶδον ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ τὴν μη"δαμᾶ ὄφελον ἰδεῖν· ἐδόκεον δέ μοι ἄγγελον "ἐλθόντα ἐξ οἴκου ἀγγέλλειν, ὡς Σμέρδις "ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, ψαύσειε "τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ· δείσας δὲ μὴ ἀ"παιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ, ἐ-

---

nomen, præ calamitate tum ex mago perculsus, tum ex vulnere, resipuit, et oraculum expendens, Hoc in loco, inquit, fatale est Cambysem Cyri decedere.

65. Hactenus tunc quidem. Vicesimo dehinc die accitis Persarum qui aderant præstantissimis, ita inquit; Quod maxime occultum volebam, Persæ, id apprehendit me, ut apud vos efferam, ego enim qnum in Ægypto agerem, inter quietem visum vidi, quod utinam minime vidissem! Videbatur mihi nuncius quidam domo adveniens, nunciare Smerdin in regio sedentem solio, cœlum capite contingere. Ex quo veritus, ne a fratre exuerer principatu, properantius quam prudentius feci; neque enim in hominis

" ποίησαι ταχύτερα ἢ σοφώτερα· ἐν τῇ γὰρ
" ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον
" γίνεσθαι ἀποτρέπειν· ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος
" Πρηξάσπεα ἀποπέμπω ἐς Σοῦσα ἀποκτε-
" νέοντα Σμέρδιν. ἐξεργασθέντος δὲ κακοῦ
" τοσούτου, ἀδεῶς διαιτώμην, οὐδαμᾶ ἐπι-
" λεξάμενος μή κοτέ τίς μοι, Σμέρδιος ὑ-
" παραιρημένου, ἄλλος ἐπαναστα ίη ἀνθρώ-
" πων. παντὸς δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἁ-
" μαρτὼν, ἀδελφεοκτόνος τε οὐδὲν δέον γέγο-
" να, καὶ τῆς βασιληΐης οὐδὲν ἧσσον ἐστέρη-
" μαι. Σμέρδις γὰρ δὴ ἦν ὁ μάγος, τόν μοι
" ὁ δαίμων προέφαινε ἐν τῇ ὄψει ἐπαναστή-
" σεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξέργασταί μοι,
" καὶ Σμέρδιν τὸν Κύρου μηκέτι ὑμῖν ἐόντα
" λογίζεσθε· οἱ δὲ ὑμῖν μάγοι κρατέουσι τῶν
" βασιληΐων, τόν τε ἔλιπον ἐπίτροπον τῶν οἰ-

natura situm est avertere quod eventurum est. Itaque vanus ego Prexaspem Susa ad Smerdin interimendum mitto. Quo tanto malo perpetrato securius degebam, nequaquam conjectans fore, ut, Smerdie sublato, alius quispiam mortalium in me exurgeret. Verum prorsus in futuro frustratus, et parricida fratris quod non debuerat fieri, nec opus erat, extiti, et nihilominus regno exutus sum, nam Smerdis magus erat is, quem dæmon mihi per quietem præmonstravit in me arma sumpturum. Hoc opus quum ego perpetrarim, jam vobis Smerdin Cyri non superesse existimetis, sed magi vobis reg-

" κίων, καὶ ὁ ἐκείνου ἀδελφεὸς Σμέρδις· τὸν
" μὲν νυν μάλιστα χρῆν ἐμεῦ αἰσχρὰ πρὸς
" τῶν μάγων πεπονθότος τιμωρέειν ἐμοὶ, οὗτος
" μὲν ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἑωϋτοῦ
" οἰκηϊωτάτων. τούτου δὲ μηκέτι ἐόντος, δεύτε-
" ρα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεταί μοι
" ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι
" γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον· καὶ δὴ ὑμῖν
" τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐ-
" πικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα
" Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν
" τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦ-
" σαν· ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησά-
" μενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε
" καὶ σθένεϊ τέῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κα-
" τὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι. καὶ ταῦτα

---

num occuparunt: quorum alterum rerum domesticarum procuratorem reliqueram, alter ejus frater est Smerdis. Quem igitur decebat præcipue vicem meam ulcisci, si indigna a magis passus fuissem, is impia morte a proximis suis affectus est. Quum vero ille non sit amplius, secundum ex reliquis mihi est vobis, O Persæ, maxime necessarium mandare, quæ e vita exiens effici mihi volo. Ergo vobis hæc præcipio, regios deos obtestans cum omnibus vobis, tum maxime Achæmenidis, qui adestis, ne negligatis imperium rursus circumire ad Medos. Sed si dolo occupatum illud tenent, dolo per vos surripiatur; sin vi aliqua præreptum, vi, prout poteritis, recuperetis. Hæc

“ μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, “ καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν ἐοῦσι “ ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνα- “ σωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν, μηδ' ἐπιχειρή- “ σασι ἀνασώζειν, τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέο- “ μαι ὑμῖν γενέσθαι· καὶ πρὸς ἔτι τούτοισι, “ τὸ τέλος Περσέων ἑκάστῳ ἐπιγενέσθαι οἷον “ ἐμοὶ ἐπιγέγονε.” ἅμα τε εἴπας ταῦτα ὁ Καμβύσης, ἀπέκλαιε πᾶσαν τὴν ἑωϋτοῦ πρῆξιν.

ξϛ. Πέρσαι δ' ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέοντο. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον, καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη, ἀπήνεικε Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαν-

vobis facientibus, et tellus fructum efferat, uxoresque et pecua pariant in omne tempus libertate fruentibus: secus facientibus, et neque recuperantibus imperium neque aggredientibus recuperare, contraria his quæ dixi vobis fieri imprecor; et præterea unicuique Persarum eum finem qualis mihi contigit. Simul hæc loquutus Cambyses, deflevit omnem suam conditionem.

66. Persæ, ut regem lamentantem conspexere, universi tum vestimenta rescindere, tum effuso ploratu uti. Post hæc ubi os vitiatum est, femurque celerrime computruit, Cambysi vita erepta est, Cyri filio, quum regnasset septem omnino annos et menses quinque, nulla pror-

τα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε, ἄπαιδα δὲ τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσενος καὶ θήλεος γόνου. Περσέων δὲ τοῖσι παρεοῦσι ἀπιστίη πολλὴ ὑπεκέχυτο, τοὺς μάγους ἔχειν τὰ πρήγματα· ἀλλ' ἠπιστέατο ἐπὶ διαβολῇ εἰπεῖν Καμβύσεα, τὰ εἶπε περὶ τοῦ Σμέρδιος θανάτου, ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν. οὗτοι μέν νυν ἠπιστέατο Σμέρδιν τὸν Κύρου βασιλέα ἐνεστεῶτα· δεινῶς γὰρ καὶ ὁ Πρηξάσπης ἔξαρνος ἦν μή μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν· οὐ γὰρ ἦν οἱ ἀσφαλὲς, Καμβύσεω τετελευτηκότος, φάναι τὸν Κύρου υἱὸν ἀπολωλεκέναι αὐτοχειρίῃ.

ξζ΄. Ὁ δὲ δὴ μάγος, τελευτήσαντος Καμβύσεω, ἀδεῶς ἐβασίλευσε, ἐπιβατεύων τοῦ ὁμωνύμου Σμέρδιος τοῦ Κύρου, μῆνας ἑπτὰ

---

sus prole suscepta virili femineave. At Persis qui aderant magna suffusa est incredulitas, rerum potiri magos, interpretantibus potius, Cambysem, quæ de nece Smerdis dixisset, ea dixisse criminose, ut sic omne illi nomen Persicum redderetur hostile. Itaque pro certo habebant Smerdin Cyri exsurrexisse regem, ut pote etiam Prexaspe usque pernegante a se fuisse Smerdin interfectum. Neque enim tutum ei erat post Cambysis obitum fateri, ipsius manu filium Cyri interemptum.

67. Magus, defuncto Cambyse, simulando se Smerdin esse Cyri filium, qui ipsi fuerat cognominis, securus regnavit menses septem, qui reliqui erant ad implendum octavum annum

τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα τῆς πληρώσιος· ἐν τοῖσι ἀπεδέξατο ἐς τοὺς ὑπηκόους πάντας εὐεργεσίας μεγάλας, ὥστε ἀποθανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, πάρεξ αὐτῶν Περσέων· διαπέμψας γὰρ ὁ μάγος ἐς πᾶν ἔθνος τῶν ἦρχε, προεῖπε ἀτελείην εἶναι στρατηΐης καὶ φόρου ἐπ' ἔτεα τρία· προεῖπε μὲν δὴ ταῦτα αὐτίκα ἐνιστάμενος ἐς τὴν ἀρχήν.

ξή. Ὀγδόῳ δὲ μηνὶ ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιῷδε. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων· οὗτος ὁ Ὀτάνης πρῶτος ὑπόπτευσε τὸν μάγον, ὡς οὐκ εἴη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ὅσπερ ἦν· τῇδε συμβαλλεόμενος, ὅτι τε οὐκ ἐξεφοίτα ἐκ τῆς ἀκροπόλιος, καὶ ὅτι οὐκ ἐκά-

---

regni Cambysis: per quos menses in subjectos omnes munificentiam permagnam exhibuit, adeo ut ejus defuncti magnum ceperit desiderium omnes Asiaticos, ipsis Persis exceptis. Nam missis ad singulas, quibus imperabat, nationes edictis, magus immunitatem tributorum ac vacationem militiæ in triennium tribuit: atque hoc quidem statim adeptus imperium edixit.

68. Octavo autem mense, quisnam esset compertus est hunc in modum. Erat Otanes Pharnaspis filius, sed genere atque opibus primo cuique Persarum par. Hic Otanes magum non esse Smerdin filium Cyri, primus suspicatus est, sed eum qui erat, hæc conjectura, quod neque ex arce progrediebatur, neque Persarum procerum quempiam ad conspectum

λεε ἐς ὄψιν ἑωϋτῷ οὐδένα τῶν λογίμων Περσέων. ὑποπτεύσας δέ μιν, ἐποίεε τάδε. ἔσχε αὐτοῦ ὁ Καμβύσης θυγατέρα, τῇ οὔνομα ἦν Φαιδύμη· τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην εἶχε τότε ὁ μάγος, καὶ ταύτῃ τε συνοίκεε, καὶ τῇσι ἄλλῃσι πάσῃσι τῇσι τοῦ Καμβύσεω γυναιξί. πέμπων δὴ ὦν ὁ Ὀτάνης παρ' αὐτὴν τὴν θυγατέρα, ἐπυνθάνετο παρ' ὅτεῳ ἀνθρώπων κοιμῷτο, εἴτε μετὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου, εἴτε μετὰ ἄλλου τευ. ἡ δέ οἱ ἀντέπεμπε, φαμένη οὐ γινώσκειν· οὔτε γὰρ τὸν Κύρου Σμέρδιν ἰδέσθαι οὐδαμᾶ, οὔτε ὅστις εἴη ὁ συνοικέων αὐτῇ εἰδέναι. ἔπεμπε δεύτερα ὁ Ὀτάνης, λέγων, "Εἰ μὴ αὐτὴ Σμέρδιν τὸν Κύρου οὐ "γινώσκεις, σὺ δὲ παρὰ Ἀτόσσης πύθευ ὅ-"τεῳ τούτῳ συνοικέει αὐτή τε ἐκείνη, καὶ σύ· "πάντως γὰρ δή κου τόν γε ἑωϋτῆς ἀδελφεὸν

---

suum vocabat. Itaque eum suspectum habens, hoc fecit. Habuerat filiam ejus nomine Phædymam Cambyses, eamque ipsam tunc magus tenebat ejusque consuetudine utebatur, ut aliarum omnium Cambysis uxorum. Otanes mittens ad eam sciscitabatur, quocum homine cubaret, utrum cum Smerdie Cyri, an cum alio quopiam. Illa remisit negans se scire, quippe quæ nec Smerdin filium Cyri vidisset unquam, nec eum, cum quo cubaret, nosset, quisnam esset. Altera vice mittit Otanes, inquiens, si ipsa Smerdin Cyri non habes cognitum, tu vero sciscitare ab Atossa, quocum viro tu atque illa cubitetis,

" γινώσκει." ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ θυγάτηρ, " Οὔτε Ἀτόσσῃ δύναμαι ἐς λόγους ἐλ-
" θεῖν, οὔτε ἄλλην οὐδεμίην ἰδέσθαι τῶν συγ-
" κατημένων γυναικῶν· ἐπεί τε γὰρ τάχιστα
" οὗτος ὤνθρωπος, ὅστις κοτέ ἐστι, παρέλαβε
" τὴν βασιληΐην, διέσπειρε ἡμέας, ἄλλην
" ἄλλῃ τάξας."

ξθ. Ἀκούοντι δὲ ταῦτα τῷ Ὀτάνῃ, μᾶλλον κατεφαίνετο τὸ πρῆγμα. τρίτην δὲ ἀγγελίην, ἐσπέμπει παρ' αὐτὴν, λέγουσαν ταῦτα, " Ὦ θύγατερ, δεῖ σε γεγονυῖαν εὖ, κίν-
" δυνον ἀναλαβέσθαι τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύ-
" νειν κελεύῃ· ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου
" Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγὼ, οὔτοι
" μιν σοί τε συγκοιμώμενον, καὶ τὸ Περσέων
" κράτος ἔχοντα, δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν,

---

omnino enim illa suum ipsius novit fratrem. Filia ad hoc respondit, Ne in Atossæ quidem colloquium venire possum, aut ullam aliam cernere considentium mulierum. Namque hic vir, quisquis est, quum primum adeptus est regnum, nos dispersit, aliam alibi collocans.

69. Audienti hæc Otani res est visa manifestior, itaque tertio nuncium ad eandem mittit in hæc verba, Filia decet te bonis ortam natalibus, suscipere periculum, quod te subire pater hortatur. Si enim iste Smerdis, filius Cyri non est, sed is quem ego suspicor, non debet tua fruens consuetudine, et potentiam Persarum obtinens, hinc lætus abire, sed pœnas luere. Nunc igitur hoc agito:

" ἀλλὰ δοῦναι δίκην. νῦν ὦν ποίησον τάδε·
" ἐπεάν σοι συνεύδῃ, καὶ μάθῃς αὐτὸν κα-
" τυπνωμένον, ἄφασσον αὐτοῦ τὰ ὦτα. καὶ
" ἢν μὲν φαίνηται ἔχων ὦτα, νόμιζε σεωϋτὴν
" Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικέειν· ἢν δὲ μὴ ἔχων,
" σὺ δὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι." ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ Φαιδύμη, φαμένη κινδυνεύσειν μεγάλως, ἢν ποιῇ ταῦτα. ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀϊστώσει μιν· ὅμως μέντοι ποιήσειν ταῦτα. ἡ μὲν δὴ ὑπεδέξατο ταῦτα τῷ πατρὶ κατεργάσεσθαι. τοῦ δὲ μάγου τούτου τοῦ Σμέρδιος Κῦρος ὁ Καμβύσεω ἄρχων τὰ ὦτα ἀπέτεμε ἐπ' αἰτίῃ δή τινι οὐ σμικρῇ. ἡ ὦν δὴ Φαιδύμη αὕτη, ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ, πάντα ἐπιτελέουσα τὰ ὑπεδέξα-

---

quum tecum cubabit, animadvertesque somno vinctum, palpa ejus aures: quas si habentem compereris, cum Smerdie filio Cyri te cubare existima: sin minus, cum Smerdie mago. Ad hæc Phædyma remittit, se, si id faciat, magnum adituram discrimen; quoniam probe scit, si ille careat auribus, et ipsa in palpando deprehendatur, fore ut ipsa ab illo trucidetur: tamen se id facturam. Et Phædyma quidem recepit, se patri hoc perfecturam. Huic autem Smerdi mago Cyrus, quum regnaret, aures præciderat, non exigua de causa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia, quæcunque receperat patri, exequuta est, nam ubi vices eius fuerunt adeundi magum, etenim uxores

το τῷ πατρὶ, ἐπεί τε αὐτῇ μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον, ἐν περιτροπῇ γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι, ἐλθοῦσα παρ' αὐτὸν ηὗδε. ὑπνωμένου δὲ καρτερῶς τοῦ μάγου, ἤφασσε τὰ ὦτα. μαθοῦσα δὲ οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ὦτα, ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πατρὶ τὰ γενόμενα.

ο'. Ὁ δὲ Ὀτάνης παραλαβὼν Ἀσπαθίνην καὶ Γωβρύην, Περσέων τε πρώτους ἐόντας καὶ ἑωϋτῷ ἐπιτηδεωτάτους ἐς πίστιν, ἀπηγήσατο πᾶν τὸ πρῆγμα· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρα ὑπόπτευον οὕτω τοῦτο ἔχειν. ἀνενείκαντος δὲ τοῦ Ὀτάνεω τοὺς λόγους, ἐδέξαντο· καὶ ἔδοξέ σφι ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσεταιρίσασθαι τοῦτον, τῷ πιστεύει μάλιστα. Ὀτάνης μὲν

Persarum per circuitum ad illos pergunt, adiens magum, una cubuit, ejusque, dum vehementi somno correptus esset, aures palpavit: quibus carere hominem, non difficulter sed facile sane deprehendit. Ubi illuxit, celerrime patrem certiorem rei gestæ facit.

50. Iste, sumptis Aspathine et Gobrya, Persarumque primoribus, et ad fidem sibi servandam accommodatissimis, rem omnem exponit, qui et ipsi rem ita se habere suspicabantnr, eoque verbæ quæ Otanes attulerat, admiserunt: constitueruntque, ut singuli sibi singulos in societatem deligerent e Persis quibus maxime confiderent. Adscivit itaque sibi Otanes Intaphernem, Gobryas Megaby-

νυν εἰσάγεται Ἰνταφέρνεα· Γωβρύης δὲ Μεγάβυζον· Ἀσπαθίνης δὲ, Ὑδάρνεα. γεγονότων δὲ τούτων ἓξ, παραγίνεται ἐς τὰ Σοῦσα Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεος, ἐκ Περσέων ἥκων· τούτων γὰρ δὴ ἦν οἱ ὁ πατὴρ ὕπαρχος· ἐπεὶ ὦν αὐτὸς ἀπίκετο, τοῖσι ἓξ τῶν Περσέων ἔδοξε καὶ Δαρεῖον προσεταιρίσασθαι.

οα΄. Συνελθόντες δὲ οὗτοι ἐόντες ἑπτὰ, ἐδίδοσάν σφισι πίστις καὶ λόγους. ἐπεί τε δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι, ἔλεγέ σφι τάδε· "Ἐγὼ ταῦτα ἐδόκεον μὲν αὐτὸς "μοῦνος ἐπίστασθαι, ὅτι τε ὁ μάγος εἴη ὁ "βασιλεύων, καὶ Σμέρδις ὁ Κύρου τετελεύ- "τηκε· καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν ἥκω σπου- "δῇ, ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ μάγῳ θάνατον. "ἐπεί τε δὲ συνήνεικε, ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέ-

---

zum, Aspathines Hydarnem. Hi quum sex forent, advenit Susa Darius Hystaspis ex Persis veniens: nam his pater eius præerat. Qui quum advenisset, placuit sex Persis Darium quoque in societatem adsciscere.

71. Qui quum septem essent, congressi fidem mutuo dederunt et colloquuti sunt. Quumque ad Darium ordo dicendæ sententiæ venisset, ita apud ceteros verba fecit: Equidem mihi videbar ego solus nosse magum regnare, et Smerdin, filium Cyri, mortem oppetiisse; atque ob id ipsum dedita opera huc me contuli, ad necem mago comparandam. Verum quandoquidem contigit, ut vos quoque rem sciatis et non solum ego, videtur mihi confestim esse

" ναι, καὶ μὴ μοῦνον ἐμὲ, ποιέειν αὐτίκα μοι
" δοκέει, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι· οὐ γὰρ ἄ-
" μεινον." εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Ὀτάνης, "Ὦ
" παῖ Ὑστάσπεος, εἶς τε πατρὸς ἀγαθοῦ, καὶ
" ἐκφαίνειν ἔοικας σεωϋτὸν ἐόντα τοῦ πατρὸς
" οὐδὲν ἥσσω· τὴν μέντοι ἐπιχείρησιν ταύτην
" μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ
" σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε· δεῖ γὰρ
" πλεῦνας γενομένους, οὕτω ἐπιχειρέειν." λέ-
γει πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, " Ἄνδρες οἱ παρε-
" όντες, τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος εἰ
" χρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι ἀπολέεσθε κάκι-
" στα. ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν μάγον, ἰδίῃ
" περιβαλλόμενος ἑωϋτῷ κέρδεα· μάλιστα
" μέν νυν ὀφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμε-
" νοι ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέ-
" ρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε,

---

peragendum neque differendum, neque enim id melius. Ad hæc Otanes, Fili, inquit, Hystaspis, et patre egregio ortus es, et te nihilo inferiorem esse patre tuo videris præferre: noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconsulto, sed considerantius illam capesse: oportet enim ita eam aggredi quum plures fuerimus. Tum Darius, Viri, inquit, qui adestis, si eo quem Otanes dixit utemini modo, sciatis vos teterrime perituros, aliquis enim privati lucri ratione habita rem ad magum deferet. Et vos quidem debebatis maxime in vos solos rem suscipientes exequi: sed quoniam statuistis ad plures

" ἢ ποιέωμεν σήμερον, ἢ ἴστε ὑμῖν ὅτι ἢν ὑ-
" περπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς
" ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, ἀλλά σφεας αὐτὸς
" ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν μάγον."

οϐʹ. Λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, ἐπειδὴ ὥρα σπερχόμενον Δαρεῖον, " Ἐπεί τε ἡμέας
" συνταχύνειν ἀναγκάζεις, καὶ ὑπερϐάλλεσ-
" θαι οὐκ ἐᾷς, ἴθι ἐξηγέο αὐτὸς ὅτεῳ τρόπῳ
" πάριμεν ἐς τὰ βασιλήϊα, καὶ ἐπιχειρήσο-
" μεν αὐτοῖσι. Φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας
" οἶδας κου καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀ-
" κούσας· ἃς τέῳ τρόπῳ περήσομεν;" ἀμείϐεται Δαρεῖος τοῖσδε· " Ὀτάνη, ἦ πολλά
" ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι,
" ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά
" τε, ἔργον δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γί-
" νεται. ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατε-

referendum et me adhibendum, aut hodie conficiamus, aut scitote, vobis si hodiernus elebatur dies, non alium occupaturum, ut me accuset, sed ipse ego vos deferam ad magum.

72. Ad hæc Otanes, quum cerneret Darium properare, Quoniam, inquit, nos una maturare compellis, nec sinis differre, age, expone ipse quonam pacto regiam introire possimus, et illos aggredi: excubias namque dispositas esse, ipse quoque, etsi non visu, certe auditu nosti: quas qua ratione transibimus? Cui respondens Darius, Certe multa sunt, inquit, Otanes, quæ nequeunt oratione declarari, sed facto: alia, quæ oratione quidem possunt, sed unde nihil clari operis existit. Vos vero nostis, excu

" στεώσας, ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν·
" τοῦτο μὲν γὰρ, ἡμέων ἐόντων τοιῶνδε, οὐδεὶς
" ὅστις οὐ παρήσει· τὰ μέν κου καταιδεόμε-
" νος ἡμέας, τὰ δέ κου καὶ δειμαίνων. τοῦτο
" δὲ, ἔχω αὐτὸς σκῆψιν εὐπρεπεστάτην, τῇ
" πάριμεν· φὰς ἄρτι τε ἥκειν ἐκ Περσέων,
" καὶ βούλεσθαί τι ἔπος παρὰ τοῦ πατρὸς
" σημῆναι τῷ βασιλέϊ· ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦ-
" δος λέγεσθαι, λεγέσθω· τοῦ γὰρ αὐτοῦ
" γλιχόμεθα οἵ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀ-
" ληθηΐῃ διαχρεόμενοι. οἱ μὲν γε ψεύδονται
" τότε, ἐπεάν τι μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι
" πείσαντες, κερδήσεσθαι· οἱ δ' ἀληθίζονται,
" ἵνα τι τῇ ἀληθηΐῃ ἐπισπάσωνται κέρδος,
" καί τι μᾶλλόν σφισι ἐπιτράπηται· οὕτω
" οὐ ταῦτα ἀσκέοντες, τωὐτοῦ περιεχόμεθα.

---

bias quæ dispositæ sunt, haudquaquam difficiles esse ad transeundum. Partim enim nos, qui tales sumus, nemo non, quisquis ille sit, cedet nobis, vel ob reverentiam, vel ob timorem; partim habeo ipse prætextum accommodatissimum propter quem transeamus: siquidem modo e Persis venire me dicam, ac velle quædam a patre mandata regi nunciare. Ubi enim oportet mendacium dicere, dicatur, nam idem optamus, quique mendacium dicimus, quique veritatem: quippe quum illi mentiantur tunc, quum persuadendo sunt quippiam lucri facturi: et illi verum dicant, ut verum dicendo aliquod lucrum attrahant: et magis aliquid illis committatur. Quanquam ista non

" εἰ δὲ μηδὲν κερδήσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως " ἂν ὅ, τε ἀληθιζόμενος, ψευδὴς εἴη, καὶ ὁ " ψευδόμενος, ἀληθής. ὃς ἂν μέν νυν τῶν πυ- " λουρῶν ἑκὼν παρείη, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς " χρόνον ἔσται· ὃς δ' ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶ- " ται, δεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολέμιος, καὶ " ἔπειτα ὠσάμενοι ἔσω, ἔργου ἐχώμεθα."

ογ'. Λέγει Γωβρύης μετὰ ταῦτα, " Ἄν- " δρες φίλοι, ἡμῖν κοτε κάλλιον παρέξει ἀ- " νασώσασθαι τὴν ἀρχὴν, ἢ, εἴ γε μὴ οἷοί τε " ἐσόμεθα αὐτὴν ἀναλαβέειν, ἀποθανέειν. ὅτε " γε ἀρχόμεθα μὲν, ἐόντες Πέρσαι, ὑπὸ Μή- " δου ἀνδρὸς μάγου, καὶ τούτου ὦτα οὐκ " ἔχοντος. ὅσοι τε ὑμέων Καμβύσῃ νοσέοντι " παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ ἐπέ- " σκηψε Πέρσῃσι τελευτῶν τὸν βίον, μὴ πει-

---

factitantes, idem tamen obtinemus. Quod si nihil lucri facturi sunt peræque et verax foret mendax, et mendax verax. Quod autem ad janitores attinet, siquis eorum volens prætermittat, melius ei sequenti tempore erit: siquis resistere conabitur, ibi tunc pro hoste habeatur: et deinde intro irrumpentes, rem transigamus.

73. Post hæc Gobryas, Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperium, aut, si recuperare non poterimus, mortem oppetere; quum quidem, qui sumus Persæ, ab viro Medo regamur, eoque aures non habente; et quicunque vestrum Cambysi ægrotanti adfuerunt, memoria teneatis omnes, quæ ille, dum vita excede-

" ρεομένοισι ἀνακτᾶσθαι τὴν ἀρχήν· τὰ τότε " οὐκ ἐνεδεκόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ διαβολῇ ἐδοκέο- " μεν εἰπεῖν Καμβύσεα. νῦν ὦν τίθεμαι ψῆ- " φον πείθεσθαι Δαρείῳ, καὶ μὴ διαλύεσθαι " ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἄλλοθι ἰόντας ἢ " ἐπὶ τὸν μάγον ἰθέως." ταῦτα εἶπε Γωβρύης· καὶ πάντες ταῦτα αἴνεον.

οδ'. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε· τοῖσι μάγοισι ἔδοξε βουλευομένοισι Πρηξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπεπόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια, ὅς οἱ τὸν παῖδα τοξεύσας ἀπολωλέκεε· καὶ διότι μοῦνος ἠπίστατο τὸν Σμέρδιος τοῦ Κύρου θάνατον, αὐτοχειρίῃ μιν ἀπολέσας· πρὸς δ' ἔτι, ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τὸν Πρηξάσπεα ἐν Πέρσῃσι. τούτων δή μιν εἵνεκε κα-

---

ret, Persis imprecatus est, imperium recuperare non tentantibus: quæ nos tunc non admittebamus, sed per calumniam dici a Cambyse existimabamus. Nunc igitur calculum pono in Darii sententiam, neque ex hoc cœtu dissolvi aliorsum euntes, quam recta adversus magum. Hæc dicta a Gobrya omnes comprobarunt.

74. Interea vero dum ab istis consultatur, forte hoc contigit, ut magi inito inter se consilio statuerent conciliandum sibi amicum Prexaspem, quod indigna passus a Cambyse esset, occiso ejus filio ictu sagittæ, et solus mortem Smerdis Cyro geniti nosset, quem ipse suapte manu interemisset: quod præterea apud Persas in maxi-

λέσαντες, φίλον προσεκτέοντο πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἦ μὲν ἕξειν παρ' ἑωϋτῷ, μηδ' ἐξοίσειν μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γεγονυῖαν· ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν. ὑποδεκομένου δὲ τοῦ Πρηξάσπεω ποιήσειν ταῦτα, ὡς ἀνέπεισάν μιν οἱ μάγοι, δεύτερα προσέφερον, αὐτοὶ μὲν φάμενοι Πέρσας πάντας συγκαλέειν ὑπὸ τὸ βασιλήϊον τεῖχος, κεῖνον δ' ἐκέλευον ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεῦσαι, ὡς ὑπὸ τοῦ Κύρου Σμέρδιος ἄρχονται, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου. ταῦτα δὲ οὕτω ἐνετέλλοντο, ὡς πιστοτάτου δῆθεν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι, καὶ πολλάκις ἀποδεξαμένου γνώμην ὡς περιείη ὁ Κύρου Σμέρδις, καὶ ἐξαρνησαμένου τὸν φόνον αὐτοῦ.

---

ma esset existimatione. His de causis accitum hominem, sibi amicum comparabant; accipientes fidem, ac jurejurando, certe fallaciam, quæ ab ipsis in Persas facta esset, apud se habiturum, neque cuiquam mortalium patefacturum, pollicitantes omnia innumera se ei daturos. Recipiente Prexaspe facturum se quæ magi suaserant, iterum illi dicere, in animo se habere omnes Persas sub castellum regium convocare: ideoque jubere hunc conscensa turri prædicare, a Smerdie Cyri Persis imperari, et ab alio nemine. Hæc illi sic præcipiebant, veluti homini summæ apud Persas autoritatis, et qui sæpenumero asseverasset superesse Smerdin Cyri, ac cædem a se factam pernegasset.

οε΄. Φαμένου δὲ καὶ ταῦτα ἑτοίμου εἶναι ποιέειν τοῦ Πρηξάσπεω, συγκαλέσαντες Πέρσας οἱ μάγοι, ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον, καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον· ὁ δὲ, τῶν μέν τοι ἐκεῖνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἑκὼν ἐπελήθετο· ἀρξάμενος δὲ ἀπ' Ἀχαιμένεος, ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τοῦ Κύρου· μετὰ δὲ, ὡς ἐς τοῦτον κατέβη, τελευτῶν ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πεποιήκοι· διεξελθὼν δὲ ταῦτα, ἐξέφαινε τὴν ἀληθηΐην, φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν· οὐ γάρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γενόμενα· ἐν δὲ τῷ παρεόντι ἀναγκαίην μιν καταλαμβάνειν φαίνειν· καὶ δὴ ἔλεγε, τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνειε, τοὺς μάγους δὲ βασιλεύειν. Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀνακτησαίατο ὀπίσω τὴν

75. Hæc quoque Prexaspe se paratum exequi dicente, magi, convocatis Persis, hominem in turrim perductum jubent habere orationem. Prexaspes ea, quæ ab istis oratus fuerat, sponte obliviscitur: exorsusque ab Achemene, seriem familiæ Cyri recenset: et ubi devenit ad hunc, tandem commemoravit Cyri in Persas beneficia. His expositis, prompsit veritatem, causatus ideo se antehac occultasse, quod sibi tutum non fuisset proferre rem gestam, sed in præsens ab necessitate deprehensum proferre: dixitque se a Cambyse adactum Smerdin Cyri quidem occidisse, et magos esse qui regnent. Multis quoque ver-

ἀρχὴν, καὶ τοὺς μάγους τισαίατο, ἀπῆκε ἑωϋτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρηξάσπης μέν νυν ἐὼν τὸν πάντα χρόνον ἀνὴρ δόκιμος, οὕτω ἐτελεύτησε.

ος΄. Οἱ δὲ δὴ ἑπτὰ τῶν Περσέων, ὡς ἐβουλεύσαντο αὐτίκα ἐπιχειρέειν τοῖσι μάγοισι, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, ἤϊσαν εὐξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν περὶ Πρηξάσπεα πρηχθέντων εἰδότες οὐδέν. ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ στείχοντες ἐγίνοντο, καὶ τὰ περὶ Πρηξάσπεα γεγονότα ἐπυνθάνοντο. ἐνθαῦτα ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ, ἐδίδοσαν αὐτοῖσί σφισι λόγους· οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Ὀτάνην, πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι, μηδὲ οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι· οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Δαρεῖον, αὐτίκα τε ἰέναι, καὶ τὰ δεδογμένα ποιέειν, μηδ᾽ ὑπερβάλλεσθαι.

---

bis Persas quum devovisset, nisi rursus imperium recuperarent, ac magos ulciscerentur, sese in caput a turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaspes, vir per omne tempus vitæ spectatus, occubuit.

76. At septem Persæ, ubi constituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos comprecatum ierunt, omnino ignari eorum quæ circa Prexaspem acta essent: sed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eoque a via secedentes inter se colloquuti sunt. Et Otanes quidem censuit propositum prorsus differri, neque tumescentibus rebus aggredi: Darius vero confestim ire, et quod decretum esset peragere, neque cessare. Eis concertantibus ap-

ὠθιζομένων δ' αὐτῶν, ἐφάνη ἰρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντα τε καὶ τίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα· ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ, τήν τε Δαρείου πάντες αἴνεον γνώμην, καὶ ἔπειτα ἤϊσαν ἐπὶ τὰ βασιλήϊα τεθαῤῥηκότες τοῖσι ὄρνισι.

οζ'. Ἐπιστᾶσι δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγίνετο οἷόν τι Δαρείῳ ἡ γνώμη ἔφερε· καταιδεόμενοι γὰρ οἱ φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν, θείῃ πομπῇ χρεομένους· οὐδ' ἐπειρώτα οὐδείς. ἐπεί τε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλὴν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι, οἵ σφεας ἱστόρεον ὅ, τι θέλοντες ἥκοιεν· καὶ ἅμα ἱστορέοντες τούτους, τοῖσι πυλουροῖσι, ἀπείλεον ὅτι σφέας

---

paruerunt septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, eosque vellicantium atque infestantium. Quod intuentes illi septem, sententiam Darii omnes comprobarunt; et mox freti avibus ad regiam cum fiducia perrexerunt.

77. Ubi ad portas adfuerunt, prout Darius senserat, ita evenit, nam custodes reveriti Persarum primarios, nec aliquid hujusmodi suspicantes ex his fore, admiserunt missione divina instinctos; neque vel interrogavit quisquam. Ubi in aulam introgressi sunt, offendunt eunuchos qui erant a nunciis; et hos qua gratia venirent interrogaverunt; simulque inter percontandum janitoribus minitabantur, quod istos ingredi permisissent: atque alterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti

παρῆκαν· ἴσχον τε βουλομένους τοὺς ἑπτὰ ἐς τὸ πρόσω παριέναι· οἱ δὲ, διακελευσάμενοι, καὶ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τούτους μὲν τοὺς ἴσχοντας αὐτοῦ ταύτῃ συγκεντέουσι· αὐτοὶ δὲ ἤϊσαν δρόμῳ ἐς τὸν ἀνδρεῶνα.

οη΄. Οἱ δὲ μάγοι ἔτυχον ἀμφότεροι τηνικαῦτα ἐόντες τε ἔσω, καὶ τὰ ἀπὸ Πρηξάσπεω γενόμενα ἐν βουλῇ ἔχοντες. ἐπεὶ ὦν εἶδον τοὺς εὐνούχους τεθορυβημένους τε καί βοῶντας, ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιεύμενον, πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο· ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος· ὁ δὲ, πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. ἐνθαῦτα δὲ συνέμισγον ἀλλήλοισι· τῷ μὲν δὴ τὰ τόξα ἀναλαβόντι αὐτέων, ἐόντων τε ἀγχοῦ τῶν πολεμίων, καὶ προσκειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδέν· ὁ δ' ἕτερος τῇ αἰχμῇ ἠμύνετο· καὶ τοῦτο μὲν,

---

se mutuo cohortati, eductis gladiis, eos a quibus arcebantur, ibidem simul trucidant; iidemque cursu in conclave contendunt.

78. In eo tunc forte ambo magi agebant, et de iis quæ a Prexaspe erant acta consultabant. Qui quum vidissent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, recurrerunt uterque: et quod fiebat animadvertentes, ad vires conversi sunt: quorum unus occupat arcum, alter lanceam sumit, atque inde adoriuntur invicem. Verum arcus ei qui illum sumpserat, quum hostes juxta essent, et arriperent, nulli usui fuit: alter qui se lancea tuebatur, tum Aspa-

Ἀσπαθίνην παίει ἐς τὸν μηρόν· τοῦτο δὲ, Ἰνταφέρνεα ἐς τὸν ὀφθαλμόν· καὶ ἐστερήθη μὲν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐκ τοῦ τρώματος ὁ Ἰνταφέρνης, οὐ μέντοι ἀπέθανέ γε. τῶν μὲν δὴ μάγων οὕτερος τρωματίζει τούτους· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπεί τέ οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρηστὰ ἐγένετο, ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύγει, θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας· καὶ οἱ συνεσπίπτουσι τῶν ἑπτὰ δύο, Δαρεῖός τε καὶ Γωβρύης· συμπλακέντος δὲ Γωβρύεω τῷ μάγῳ, ὁ Δαρεῖος ἐπεστεὼς ἠπόρει, οἷα ἐν σκότεϊ, προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωβρύην· ὁρέων δέ μιν ἀργὸν ἐπεστεῶτα ὁ Γωβρύης, εἴρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χειρί· ὁ δὲ εἶπε, "Προμηθεόμενος σέο, μὴ πλήξω·" Γωβρύης δὲ ἀμείβετο, "Ὦθει καὶ δι' ἀμφοτέ-

---

thinis femur percussit, tum oculum Intaphernis; oculoqne ex vulnere Intaphernes, non tamen et vita privatus est. Hos igitur alter magorum vulneravit: alter vero, quando arcus ei nulli usui erat, in thalamum, qui erat conclavi contiguus, se proripuit, fores occlusurus. Sed illuc duo de septem cum eo simul irrumpunt, Darius et Gobryas: quum autem Gobryas esset amplexus magum, Darius adstans atque hærens, utpote in tenebris, præcavebat ne Gobryam feriret. Eum cernens Gobryas otiosum adstantem, interrogavit cur non uteretur manu. Respondenti Dario, Sollicitus de te, ne feriam, Tu vero, inquit Gobryas, vel per utrumque exige gladium. Cui Darius obtemperans,

" ρων τὸ ξίφος." Δαρεῖος δὲ πειθόμενος, ὦσέ τε τὸ ἐγχειρίδιον, καὶ ἔτυχέ κως τοῦ μάγου.

οθ΄. Ἀποκτείναντες δὲ τοὺς μάγους, καὶ ἀποταμόντες αὐτέων τας κεφαλὰς, τοὺς μὲν τρωματίας ἑωϋτῶν αὐτοῦ λείπουσι, καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν, καὶ φυλακῆς τῆς ἀκροπόλιος· οἱ δὲ πέντε αὐτέων ἔχοντες τῶν μάγων τὰς κεφαλὰς, ἔθεον ἔξω, βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεόμενοι· καὶ Πέρσας τοὺς ἄλλους ἐπεκαλέοντο, ἐξηγεόμενοί τε τὸ πρῆγμα, καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλάς· καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινὰ τῶν μάγων τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον. οἱ δὲ Πέρσαι, μαθόντες τό, τε γεγονὸς ἐκ τῶν ἑπτὰ, καὶ τῶν μάγων τὴν ἀπάτην, ἐδικαίευν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιέειν· σπασαμένοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, ἔκτεινον ὅκου τινὰ μάγον εὕρισκον· εἰ δὲ μὴ

---

pugionis ictu adacto magum casu percussit.

79. Interfectis magis et capitibus eorum amputatis, eos qui saucii ex suis erant illic relinquunt, tum quod invalidi essent, tum arcis tuendæ causa; quinque eorum habentes magorum capita foras currunt cum vociferatione ac strepitu: ceterosque Persas compellando, rem gestam exponebant, capita ostentantes: et simul quicunque magorum ipsis occurrebat mactabant. Persæ, cognito quod actum ab septem istis erat ac dolo magorum, et ipsi facienda sibi alia ejusmodi censuerunt; eductisque gladiis, ubicunque reperiebant magum, interficiebant, et, nisi noctis interventu cohibiti fuissent, neminem ma-

νὺξ ἐπελθοῦσα ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα *μάγον· ταύτην τὴν ἡμέρην θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα τῶν ἡμερέων· καὶ ἐν αὐτῇ ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι, ἣ κέκληται ὑπὸ Περσέων μαγοφόνια· ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωϋτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην.

π΄. Ἐπεί τε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος, καὶ ἐκτὸς πέντε ἡμερέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τοῖσι μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων πάντων· καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Ὀτάνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε, " Ἐμοὶ δοκέει, ἕνα " μὲν ἡμέων μούναρχον μοῦνον μηκέτι γενέσ-" θαι· οὔτε γὰρ ἡδὺ, οὔτε ἀγαθόν. εἴδετε

---

gum reliquissent. Hunc diem Persæ maxime solennem publice observant, et in eo ingens celebrant festum, vocantes id *Μαγοφόνια, id est, magorum cædem*; quo die nulli mago fas est prodire in lucem, sed cuncti magi se intra domum continent.

80. Ubi resedit tumultus, diesque quinque excessere, ii, qui magos invaserant, de omni rerum statu consultabant. Quorum orationes, etsi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamen hujusmodi fuerunt: Otanes hortabatur, ut rem Persicam in medium deponerent, ita inquiens; Unum e nobis principem solum amplius fieri mihi non videtur: neque enim id aut jucundum est, aut bonum. Nam et insolentiam Cambysis

" μὲν γὰρ τὴν Καμβύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐπε-
" ξῆλθε, μετεσχήκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου
" ὕβριος. κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημέ-
" νον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνευθύνῳ ποιέειν
" τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀν-
" δρῶν πάντων στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν,
" ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσειε. ἐγγί-
" νεται μὲν γάρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων
" ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται ἀν-
" θρώπῳ. δύο δ' ἔχων ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κα-
" κότητα· τὰ μὲν γὰρ ὕβρει κεκορημένος ἔρ-
" δει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, τὰ δὲ, φθόνῳ.
" καίτοι ἄνδρα γε τύραννον, ἄφθονον ἔδει
" εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθά· τὸ δ'
" ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολιήτας πέφυκε·
" φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε

---

novistis, quo processerit, et partem sensistis insolentiæ. Quomodo autem res apta hebeatur monarchia, cui licet pro libidine agere quæ vult impune? quæ virum, etiamsi optimus omnium fuerit, tamen, quum in illa positus est, extra consuetos abjecerit sensus: Quippe quum præter invidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præsentibus bonis insolentia. Itaque hæc dua habens, omnem malitiam habet; partim enim satiatus insolentia, multa et atrocia committit; partim per invidiam. At enim vir tyrannus, ut qui omnia bona obtineat, debebat sine livore esse: verum contrario modo is comparatus est erga populares suos; siquidem eorum optimis quibusque, qui

" καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν
" ἀστῶν· διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι.
" ἀναρμοστότατον δὲ πάντων· ἤν τε γὰρ
" αὐτὸν μετρίως θωϋμάζῃς, ἄχθεται ὅτι οὐ
" κάρτα θεραπεύεται· ἤν τε θεραπεύῃ τις
" κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπί. τὰ δὲ δὴ μέγι-
" στα ἔρχομαι ἐρέων· νόμαιά τε κινεῖ πά-
" τρια, καὶ βιᾶται γυναῖκας, κτείνει τε ἀκ-
" ρίτους· πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν, οὔνο-
" μα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην· δεύ-
" τερα δὲ, τούτων τῶν ὁ μούναρχος, ποιέει
" οὐδέν. πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἄρχει ὑπεύθυνον δὲ
" ἀρχὴν ἔχει, βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοι-
" νὸν ἀναφέρει. τίθεμαι ὦν γνώμην, μετέντας
" ἡμέας μουναρχίην, τὸ πλῆθος ἀέξειν· ἐν

---

superstites sunt atque vivunt, invidet, deterrimis civium delectatur: calumnias etiam admittere optimus est. Hoc autem omnium indecentissimum est. Nam sive mireris eum modeste, offenditur quod non effuse colatur, sive effuse colat quis, offenditur, quippe adulatorem existimans. Et ut exequar dicendo quæ maxima sunt, jura patriæ labefactat, feminis vim affert, et indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primum quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum, juris æquabilitatem: deinde vero nihil eorum agit, quæ unus omne imperium tenens. Nam magistratus sorte regit, tum administrationum rationem reddit: omnia denique consilia in commune refert. Itaque dico pro sententia nobis monarchiam seponentibus multitu-

" γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα." Ὀτάνης μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἐσέφερε.

πα'. Μεγάβυζος δὲ ὀλιγαρχίῃ ἐκέλευε ἐπιτράπειν, λέγων τάδε, " Τὰ μὲν Ὀτάνης " εἶπε, τυραννίδα παύων, λελέχθω κἀμοὶ " ταῦτα· τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ " κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε. " ὁμίλου γὰρ ἀχρηΐου οὐδέν ἐστι ἀξυνετώτε- " ρον, οὐδὲ ὑβριστότερον. καί τοι τυράννου " ὕβριν φεύγοντας ἄνδρας, ἐς δήμου ἀκολά- " στου ὕβριν πεσέειν, ἐστὶ οὐδαμῶς ἀνασχε- " τόν. ὁ μὲν γὰρ, εἴ τι ποιέει, γινώσκων " ποιέει· τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἔνι· κῶς γὰρ ἂν " γινώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔτε οἶδε κα- " λὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήϊον; ὠθέει τε ἐμπεσὼν τὰ " πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάῤῥῳ ποταμῷ

---

dinem auctum ire; in multo enim insunt omnia. Otanes quidem hanc sententiam dixit.

81. Megabyzus autem imperio paucorum monebat permittere, his verbis; Quæ Otanes dixit de abolenda tyrannide, ea sint dicta a me quoque: sed quatenus hortabatur potentiam deferri ad multitudinem, ab optima erravit sententia. Etenim inutili cœtu nihil est neque insipientius, neque insolentius. Itaque eos qui tyranni insolentiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere insolentiam, nequaquam tolerandum est. Nam tyrannus, siquid facit, intelligens facit: at plebi hoc adest, ut nihil intelligat, quo enim pacto intelligat, qui neque edoctus est, neque quidquam honestum no-

" ἴκελος; δήμῳ μὲν νυν οἳ Πέρσῃσι κακὸν
" νοέουσι, οὗτοι χρέεσθων· ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν
" τῶν ἀρίστων ἐπιλέξαντες ὁμιλίην, τούτοισι
" περιθέωμεν τὸ κράτος· ἐν γὰρ δὴ τούτοισι
" καὶ αὐτοὶ ἐνεσόμεθα. ἀρίστων δὲ ἀνδρῶν εἰ-
" κὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι." Μεγά-
βυζος μὲν δὴ ταύτην γνώμην ἐσέφερε.

πβ΄. Τρίτος δὲ Δαρεῖος ἀπεδείκνυτο γνώ-
μην, λέγων, " Ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγά-
" βυζος, ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα, δοκέει ὀρθῶς
" λέξαι· τὰ δ' ἐς ὀλιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς.
" τριῶν γὰρ προκειμένων, καὶ πάντων τῶν
" λέγω ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου,
" καὶ ὀλιγαρχίης, καὶ μουνάρχου, πολλῷ
" τοῦτο προέχειν λέγω· ἀνδρὸς γὰρ ἑνός του
" ἀρίστου οὐδὲν ἄμεινον ἂν φανείη· γνώμῃ

---

vit, neque domesticum? et qui incidens pellit negotia sine mente torrenti flumini similis? Quare siqui male consultum Persis cupiunt, ii statu populari utantur: nos vero conventu virorum optimorum delecto, ad eos imperium deferamus, nam inter eos et ipsi erimus, et ex optimis viris credibile est optima existere consilia. Hanc Megabyzus sententiam dixit.

82. Tertio loco suam Darius, inquiens, Quæ Megabyzus dixit, quatenus ad statum popularem pertinent, recte mihi videtur dixisse: quatenus autem ad statum paucorum, non recte, propositis enim tribus statibus, et his omnibus optimis, ut optime imperet populus, optime pauci, optime unus, inter hæc multo antecellere hoc postremum sentio, imperio enim unius viri qui

" γὰρ τοιαύτῃ χρεόμενος, ἐπιτροπεύοι ἂν ἀ-
" μωμήτως τοῦ πλήθεος· σιγῷτό τε ἂν βου-
" λεύματα ἐπὶ δυσμενέας ἄνδρας οὕτω μά-
" λιστα. ἐν δὲ ὀλιγαρχίῃ, πολλοῖσι ἀρετὴν
" ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν, ἔχθεα ἴδια ἰσχυ-
" ρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι· αὐτὸς γὰρ ἕκαστος
" βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι, γνώμῃσί τε
" νικᾷν, ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικ-
" νέονται· ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται· ἐκ δὲ
" τῶν στασίων, φόνος· ἐκ δὲ τοῦ φόνου, ἀπέ-
" βη ἐς μουναρχίην· καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε ὅσῳ
" ἐστὶ τοῦτο ἄριστον. δήμου τε αὖ ἄρχοντος
" ἀδύνατα μὴ οὐ κακότητα ἐγγίνεσθαι· κα-
" κότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ,
" ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι,
" φιλίαι δὲ ἰσχυραί· οἱ γὰρ κακοῦντες τὰ

optimus sit, nihil melius queat esse. Hoc enim animo utens sine reprehensione multitudinem populi curet, taceanturque sic præcipue consilia in viros infestos capta. At in statu paucorum, quum plures virtuti incumbant in publicum, vehementia privata odia excitari consuerunt, quum enim quisque princeps esse optet, et consiliis vincere, ad ingentes inter se inimicitias evadunt. Ex quibus seditiones existunt, e seditionibus cædes, e cædibus ad unius imperium devenitur, et hac re monstravit, quantum sit hoc præstantissimum. Jam vero, plebe imperante, fieri non potest, quin malitia intret: ingressa malitia in rempublicam malis quidem illis odia non existunt, sed ami-

" κοινὰ, συγκύψαντες ποιεῦσι· τοῦτο δὲ τοι-
" οῦτο γίνεται, ἐς ὃ ἂν προστάς τις τοῦ δήμου
" τοὺς τοιούτους παύσῃ. ἐκ δὲ αὐτῶν θωϋμάζ-
" εται οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου· θωϋμαζόμε-
" νος δὲ ἂν ὦν ἐφάνη μούναρχος ἐών· καὶ ἐν
" τούτῳ δηλοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μουναρχίη
" κράτιστον. ἑνὶ δὲ ἔπει πάντα συλλαβόντα
" εἰπεῖν, κόθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο; καὶ
" τεῦ δόντος; κότερα παρὰ δήμου, ἢ ὀλιγαρ-
" χίης, ἢ μουνάρχου; ἔχω τοίνυν γνώμην,
" ἡμέας ἐλευθερωθέντας διὰ ἕνα ἄνδρα, τὸ
" τοιοῦτο περιστέλλειν· χωρίς τε τούτου, πα-
" τρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ· οὐ γὰρ
" ἄμεινον."

πγ΄. Γνῶμαι μὲν δὴ τρεῖς αὗται προεκέα-
το· οἱ δὲ τέσσερες τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν προσέθεντο

---

citiæ validæ, qui enim rempublicam corrumpunt, conspirantes agunt: idque tamdiu fit, dum aliquis populo præpositus tales homines compescat; quem propter ista populus admiratur. Hic quum admirationi est, tunc vere monarchus ostenditur, declarans etiam in hoc monarchiam esse præstantissimum. Atque ut uno verbo omnia comprehendens dicam, unde nobis libertas extitit? et a quo data? a populone, an oligarchia, an monarcho? Ego igitur sentio, nos per unum virum liberatos, debere illud ipsum complecti; et præter hoc leges patrias bene constitutas non dissolvere: non enim melius.

83. Hæ tres dictæ fuerunt sententiæ, et ex septem illis qua-

ταύτῃ. ὡς δὲ ἑσσώθη τῇ γνώμῃ ὁ Ὀτάνης, Πέρσῃσι ἰσονομίην σπεύδων ποιῆσαι, ἔλεξε ἐς μέσον αὐτοῖσι τάδε, "Ἄνδρες στασιῶται, "δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γέ τινα ἡμέων "βασιλέα γενέσθαι ἤτοι κλήρῳ γε λαχόν-"τα, ἢ ἐπιτρεψάντων τῷ Περσέων πλήθεϊ "τὸν ἂν ἐκεῖνοι ἕλωνται, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχα-"νῇ· ἐγὼ μέν νυν ὑμῖν οὐκ ἐναγωνιεῦμαι· "οὔτε γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι ἐθέλω· ἐπὶ "τούτῳ δὲ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ᾧ τε "ὑπ' οὐδενὸς ὑμέων ἄρξομαι, οὔτε αὐτὸς ἐγὼ, "οὔτε οἱ ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοι·" τούτου εἴπαντος ταῦτα ὡς συνεχώρεον οἱ ἓξ ἐπὶ τού-τοισι, οὗτος μὲν δή σφι οὐκ ἐνηγωνίζετο, ἀλλ' ἐκ τοῦ μέσου καθῆστο. καὶ νῦν αὕτη ἡ οἰκίη διατελέει μούνη ἐλευθέρη ἐοῦσα Περσέων, καὶ

---

tuor huic assenserunt. Otanes, qui juris æquabilitatem facere Persis studebat, ubi ipsius sententia rejecta est, apud eos ita in medium loquutus est; Viri socii, videlicet necesse est unum aliquem e nobis regem fieri, sive sorte sortiamur, sive permittamus Persarum multitudini quem illi elegerint, sive qua alia ratione; equidem ego inter vos non contendam, quippe qui neque præesse volo, neque regnari. Et hac lege cedo imperio, ut a nullo vestrum regner aut ipse ego, aut ullus unquam meorum posterorum. Otane hæc loquuto, postquam ceteri sex ejus postulatis assenserunt, ita hic in aliis non contendens, e medio abiit alio sessum. Atque ad hunc usque diem sola hæc familia inter Persas libertatem retinet, et in tantum regnatur,

ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλει, νόμους οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων.

πδ΄. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἑπτὰ ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα στήσονται· καί σφι ἔδοξε, Ὀτάνῃ μὲν καὶ τοῖσι ἀπὸ Ὀτάνεω αἰεὶ γινομένοισι, ἢν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ ἔλθῃ ἡ βασιληΐη, ἐξαίρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ἔτεος ἑκάστου καὶ τὴν πᾶσαν δωρεὴν ἣ γίνεται ἐν Πέρσῃσι τιμιωτάτη. τοῦδε δὲ εἵνεκεν ἐβουλεύσαντο οἱ δίδοσθαι ταῦτα ὅτε ἐβούλευσέ τε πρῶτος τὸ πρῆγμα, καὶ συνέστησε αὐτούς. ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαίρετα· τάδε δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν, παριέναι ἐς τὰ βασιλήϊα πάντα τὸν βουλόμενον τῶν ἑπτὰ ἄνευ ἐσαγγελέος, ἢν μὴ τυγχάνῃ εὕδων μετὰ γυναικὸς βασιλεύς· γαμέειν δὲ μὴ ἐξεῖναι ἄλ-

---

quantum ipsa vult, leges Persarum non transgrediens.

84. Ceteris autem istorum septem de rege justissime deligendo consultantibus, visum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum perveniret, Otanem donari debere peculiariter ejusque deinceps universos posteros tum Medica quotannis veste, tum omni alio magnificentiæ genere apud Persas honorificentissimo. Quæ ideo decreverunt ei donanda, quod primus rem agitaverat, et ipsos in cœtum coëgerat. Et hæc quidem decora Otani decreverunt: illa vero in commune, ut regiam introire unicuique e septem sine internuncio liceret, nisi forte cum uxore cubaret rex: neve regi fas esset aliunde quam e

λοθεν τῷ βασιλέϊ ἢ ἐκ τῶν συνεπαναστάντων. περὶ δὲ τῆς βασιληΐης ἐβουλεύσαντο τοιόνδε· ὅτευ ἂν ὁ ἵππος ἡλίου ἐπανατέλλοντος πρῶτος φθέγξηται ἐν τῷ προαστείῳ, αὐτῶν ἐπιβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιληΐην.

πε΄. Δαρείῳ δὲ ἦν ἱπποκόμος, ἀνὴρ σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Οἰβάρης· πρὸς τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐπεί τε διελύθησαν, ἔλεξε Δαρεῖος τάδε, " Οἴβαρες, ἡμῖν δέδοκται περὶ τῆς βασιλη-" ΐης ποιέειν κατὰ τάδε· ὅτευ ἂν ὁ ἵππος " πρῶτος φθέγξηται ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι, " αὐτῶν ἐπαναβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν " βασιληΐην. νῦν ὦν εἴ τινα ἔχεις σοφίην, μη-" χανῶ ὡς ἂν ἡμεῖς σχῶμεν τοῦτο τὸ γέρας, " καὶ μὴ ἄλλος τις·" ἀμείβεται Οἰβάρης τοῖσδε, " Εἰ μὲν δὴ, ὦ δέσποτα, ἐν τούτῳ

---

familia conjuratorum uxorem ducere. De regno autem hunc in modum; ut sub ortum solis conscensis equis, dum in suburbio vectarentur, cujus equus sonum primus edidisset, is regnum obtineret.

85. Erat autem Dario equiso vir solers, nomine Oebares: ad quem Darius, postquam e cœtu digressi sunt, ita inquit, Oebares, de regni negotio sic inter nos convenit: cujus equus sub ipsum solis ortum equis conscensis sonum primus ediderit, is regno potiatur. Nunc igitur siquid solertiæ habes, comminiscere, ut nos obtineamus hoc decus, et nemo alius. Respondet Oebares, O Here, si in hoc versatur tibi ut rex sis vel non, de hoc ne esto sollicitus, et be-

« τοί ἐστι ἡ βασιλέα εἶναι ἢ μὴ, θάρσεε « τούτου εἵνεκε, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· ὡς « βασιλεὺς οὐδεὶς ἄλλος πρὸ σεῦ ἔσται· « τοιαῦτα ἔχω φάρμακα." λέγει Δαρεῖος, « Εἰ τοίνυν τι τοιοῦτον ἔχεις σόφισμα, ὥρη « μηχανᾶσθαι, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι· ὡς « τῆς ἐπιούσης ἡμέρης ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι." ἀκούσας ταῦτα ὁ Οἰβάρης, ποιέει τοιόνδε· ὡς ἐγίνετο ἡ νὺξ, τῶν θηλέων ἵππων μίην, τὴν ὁ Δαρείου ἵππος ἔστεργε μάλιστα, ταύτην ἀγαγὼν ἐς τὸ προάστειον, κατέδησε, καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρείου ἵππον· καὶ τὰ μὲν πολλὰ περιήγαγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ, ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ· τέλος δὲ, ἐπῆκε ὀχεῦσαι τὴν ἵππον.

πϛ΄. Ἅμ᾽ ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ, οἱ ἓξ, κατὰ συνεθήκαντο, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων·

---

num habeto animum ; certe ante te rex nemo futurus est, ejusmodi habeo medicamenta. Si igitur, inquit Darius, habes istiusmodi commentum, adest tempus eo utendi, nec differendi rem, utpote crastino die nobis est certamen. Hæc ut audivit Oebares, ita facit : Ubi nox advenit, unam equarum quam equus Darii maxime adamabat, istam in suburbium adductam alligat : tum equum Darii inducit : eumque sæpius circumduxit prope equam identidem feminæ appropinquans, ac tandem permisit ascendere.

86. Postero die, quum illucesceret, sex Persæ ex convento adfuerunt equis insidentes, et quum in suburbio ultro citroque vectarentur, ubi ad locum istum

διεξελαυνόντων δὲ κατὰ τὸ προάστειον, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐγίνοντο ἵνα τῆς παροιχομένης νυκτὸς κατεδέδετο ἡ θήλεα ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρείου ἵππος προσδραμὼν ἐχρεμέτισε· ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τοῦτο ποιήσαντι, ἀστραπὴ ἐξ αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο. ἐπιγενόμενα δὲ ταῦτα τῷ Δαρείῳ, ἐτελέωσέ μιν, ὥσπερ ἐκ συνθέτου τευ γενόμενα· οἱ δὲ, καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, προσεκύνεον τὸν Δαρεῖον ὡς βασιλῆα.

πζ΄. Οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι· οἱ δὲ, τοιάδε· καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ Περσέων, ὡς τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρὶ, ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι· ὡς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι ἀπίεσθαι μέλλειν τοὺς ἵππους, τὸν Οἰβάρεα τοῦτον ἐξείραντα τὴν

---

pervenerunt, ubi superiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus accurrens hinnitum edidit: et equo id exsequuto protinus fulgur sereno cœlo tonitruque extitit. Hæc quum Dario supervenissent, eum inaugurarunt, tanquam ex composito quodam evenientia, nam ceteri ex equis desilientes Darium ut regem adoraverunt.

87, Sunt qui hoc dicant Oebarem fuisse machinatum, sunt qui illud, utroque enim modo refer+ur a Persis. Volunt namque Oebarem attrectatis manu hujus equæ genitalibus, ipsum manum intra subligacula tenuisse abditam: et sub ipsum statim solis ortum, quum equi digressuri essent, eam extulisse, et naribus equi Darii admovisse,

χεῖρα, πρὸς τοῦ Δαρείου ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσενεῖκαι· τὸν δὲ, αἰσθόμενον, φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι.

πή. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος βασιλεὺς ἀπεδέδεκτο, καί οἱ ἦσαν ἐν τῇ Ἀσίῃ πάντες κατήκοοι, πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου, καὶ ὕστερον αὖτις Καμβύσεω. Ἀράβιοι δὲ οὐδαμᾶ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένοντο, παρέντες Καμβύσεα ἐπ' Αἴγυπτον· ἀεκόντων γὰρ Ἀραβίων, οὐκ ἂν ἐσβάλλοιεν Πέρσαι ἐς Αἴγυπτον. γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμεε Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας, Ἄτοσσάν τε καὶ Ἀρτυστώνην· τὴν μὲν Ἄτοσσαν, προσυνοικήσασαν Καμβύσῃ τε τῷ ἀδελφεῷ καὶ αὖτις τῷ μάγῳ· τὴν δὲ Ἀρτυστώνην, παρθένον· ἑτέρην δὲ Σμέρδιος τοῦ Κύρου θυγα-

---

eumque ad odoris sensum infremuisse atque hinnisse.

88. Darius itaque, Hystaspis filius, declaratus est rex: eique omnes Asiani audientes dicto fuerunt, præter Arabas, a Cyro et postea rursus a Cambyse subacti; Arabes vero a Persis nunquam in servitutem redacti sunt, sed hospites extiterunt, transmittentes Cambysem in Ægyptum: quippe quibus invitis haudquaquam invasissent Persæ Ægyptum. Darius matrimonia primaria ex Persis auspicatus est, ductis duabus Cyri filiabus, Atossa, quæ ante Cambysi fratri et postea mago nupserat, et Artystona virgine. Præterea alteram Smerdis, filii Cyri, fili-

τέρα ἔγημε, τῇ οὔνομα ἦν Πάρμυς· ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὀτάνεω θυγατέρα, ἣ τὸν μάγον κατάδηλον ἐποίησε. δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπιπλέατο· πρῶτον μέν νυν τύπον ποιησάμενος λίθινον, ἔστησε· ζῶον δέ οἱ ἐνῆν, ἀνὴρ ἱππεύς· ἐπέγραψε δὲ γράμματα λέγοντα τάδε, ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ὙΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ ἹΠΠΟΥ ΤΗι ἈΡΕΤΗι, τὸ οὔνομα λέγων, ΚΑΙ ΟἸΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ἹΠΠΟΚΟΜΟΥ, ἘΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ.

πθʹ, Ποιήσας δὲ ταῦτα ἐν Πέρσῃσι, ἀρχὰς κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς αὐτοὶ καλέουσι σατραπηΐας· καταστήσας δὲ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι κατά ἔθνεά τε, καὶ πρὸς τοῖσι ἔθνεσι τοὺς πλησιοχώρους προστάσσων, καὶ ὑπερβαί-

---

am, nomine Parmyn, nec non filiam Otanis duxit, quæ magum prodiderat. Idem, viribus omni ex parte stabilitis, ante omnia effigiem fecerat quam lapideam statuit, cui inerat animal, vir eques, inscriptis in hæc verba litteris, DARIUS, HYSTASPIS FILIUS, TUM EQUI VIRTUTE, (cujus nomen legebatur) TUM OEBARIS EQUISONIS, PERSARUM REGNUM ADEPTUS EST.

89. His apud Persas actis, viginiti provincias, quas ipsi satrapeias vocant, constituit: earumque singulis præsides præfecit, descriptis quæ ei penderentur tributis per nationes, et nationibus finitimos adtribuens, et supergrediens vicinos, remotiores

νων τοὺς προσεχέας, τὰ ἑκαστέρω ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων πρόσοδον τὴν ἐπέτειον κατὰ τάδε διεῖλε. τοῖσι μὲν αὐτέων ἀργύριον ἀπαγινέουσι εἴρητο Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον ἀπαγινέειν· τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι, Εὐβοεικόν. τὸ δὲ Βαβυλώνιον τάλαντον δύναται Εὐβοΐδας ἑβδομήκοντα μνέας. ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος, καὶ αὖτις Καμβύσεω, ἦν κατεστηκὸς οὐδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον· διὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου, καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα, λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· Καμβύσης δὲ, δεσπότης· Κῦρος δὲ, πατήρ· ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο.

---

gentes alias aliis dividens. Provincias autem et tributorum reditus annuos hunc in modum distribuit. Aliis quidem argentum afferentibus injungebatur Babylonico pondere talentum afferre: qui aurum, Euboico. Valet autem Babylonicum talentum septuaginta minas Euboicas. Etenim sub Cyro atque deinde sub Cambyse nihildum fuerat circa tributa institutum, sed munera efferebantur. Ob hanc tributi ordinationem et alia hujusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institorem: Cambysem autem, dominum: Cyrum vero patrem, quoniam Darius res omnes quæstui habebat: Cambyses, asper erat ac negligens: Cyrus mitis, et bona illis omnia adgressus fuit.

ϟ'. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Αἰολέων, καὶ Καρῶν, καὶ Λυκίων, καὶ Μιλυέων, καὶ Παμφύλων, εἷς γὰρ ἦν οἱ τεταγμένος φόρος οὗτος, προσήϊε τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου. ὁ μὲν δὴ πρῶτος οὗτός οἱ νομὸς κατεστήκεε. ἀπὸ δὲ Μυσῶν, καὶ Λυδῶν, καὶ Λασονίων, καὶ Καβαλίων, καὶ Ὑγεννέων, πεντακόσια τάλαντα· νομὸς δεύτερος οὗτος. ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι, καὶ Φρυγῶν καὶ Θρηΐκων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μαριανδυνῶν, καὶ Συρίων, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια ἦν τάλαντα φόρος· νομὸς τρίτος οὗτος. ἀπὸ δὲ Κιλίκων, ἵπποι τε λευκοὶ ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιοι, ἑκάστης ἡμέρης εἷς γινόμενος, καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια· τούτων δὲ τεσσε-

---

90. Ab Ionibus igitur et Magnetibus qui in Asia incolunt, et Æolensibus et Caribus et Lyciis et Milyis et Pamphylis, unum enim erat illi positum hoc tributum, pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima præfectura instituta. A Mysis et Lydis et Lasoniis et Cambaliis et Hygennensibus quingena talenta. Secunda portio hæc erat. Ab Hellespontiis, qni ad dextram illuc innavigantium siti sunt, et Phrygibus et Thracibus qui Asiam incolunt, et a Paphlagonibus et Mariandynis et Syriis, trecenta et sexaginta talenta erant tributum. Hæc tertia portio. A Cilicibus, equi albi trecenti sexaginta in dies singulos singuli, nec non talenta ar-

ρήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐς τὴν φρουρέουσαν ἵππον τὴν Κιλικίην χώρην ἀναισιμοῦτο, τὰ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα Δαρείῳ ἐφοίτα· νομὸς τέταρτος οὗτος.

Ϟα'. Ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλιος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' οὔροισι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων, ταῦτα γὰρ ἦν ἀτελέα, πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν· ἔστι δὲ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα, καὶ Συρίη ἡ Παλαιστίνη καλεομένη, καὶ Κύπρος· νομὸς πέμπτος οὗτος. ἀπ' Αἰγύπτου δὲ, καὶ Λιβύων τῶν προσεχέων Αἰγύπτῳ, Κυρήνης τε καὶ Βάρκης, ἐς γὰρ τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται ἐκεκοσμέατο, ἑπτακόσια προσήϊε τάλαντα, πάρεξ τοῦ ἐκ

---

genti quingenta: quorum centum et quadraginta erogabantur in equitatum qui Ciliciæ regionem pro præsidio custodiebat: trecenta autem et sexaginta Dario obveniebant: Hæc quarta portio.

91. Ab urbe Posideio, quam Amphilochus Amphiarai filius exstruxit in finibus Cilicum ac Syrorum, ab hac ad Ægyptum usque, præter Arabum partem, hæc enim erat immunis, trecenta et quinquaginta talenta erat tributum: Quinta portio hæc, cui annumeratur Phœnice omnis et Syria quæ dicitur Palæstina, et Cyprus. Ab Ægypto et Afris Ægypto conterminis, et Cyrene et Barce, in portione namque Ægyptia istæ ordinantur septingenta proveniebant talenta, præ-

τῆς Μοίριος λίμνης γινομένου ἀργυρίου, τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων· τούτου τε δὴ χωρὶς τοῦ ἀργυρίου, καὶ τοῦ μετρουμένου σίτου προσήϊε ἑπτακόσια τάλαντα· πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι· νομὸς ἕκτος οὗτος. Σατταγύδαι δὲ, καὶ Γανδάριοι, καὶ Δαδίκαι τε καὶ Ἀπαρύται, ἐς τὠυτὸ τεταγμένοι, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα προσέφερον· νομὸς δὲ οὗτος ἕβδομος. ἀπὸ Σούσων δὲ, καὶ τῆς ἄλλης Κισσίων χώρης, τριηκόσια· νομὸς ὄγδοος οὗτος.

ϟα΄. Ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ, καὶ τῆς λοιπῆς Ἀσσυρίης, χίλιά οἱ προσήϊε τάλαντα ἀργυρίου, καὶ παῖδες ἐκτομίαι πεντακόσιοι· νομὸς

---

ter pecuniam e piscario proventu lacus Mœris. Extra hanc pecuniam mensurati quoque frumenti septingenta talenta obveniebant. Nam ad centum viginti millia etiam illis Persis, qui in Albo muro Memphitico habitant, admetiuntur et eorum auxiliariis. Sexta portio hæc. Sattagydæ et Gandarii et Dadicæ et Aparytæ, in idem conjuncti, centum et septuaginta talenta pendebant: Septima portio hæc, A Susis et cetera Cissiorum regione, trecenta: Octava hæc portio.

92. A Babylone vero ceteraque Assyria mille talenta argenti proveniebant, et preterea pueri castrati quingenti: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis et ab reliqua Medica et Paricaniis et

εἴνατος οὗτος. ἀπὸ δὲ Ἀγβατάνων, καὶ τῆς λοιπῆς Μηδικῆς καὶ Παρικανίων, καὶ Ὀρθοκορυβαντίων, πεντήκοντά τε καὶ τετρακόσια τάλαντα· νομὸς δέκατος οὗτος. Κάσπιοι δὲ καὶ Παυσίκαι, Παντίμαθοί τε καὶ Δαρεῖται, ἐς τὠυτὸ συμφέροντες, διηκόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἑνδέκατος οὗτος. ἀπὸ Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἰγλῶν, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν· νομὸς δυωδέκατος οὗτος.

ϟγ'. Ἀπὸ Πακτυϊκῆς δὲ, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τῶν προσεχέων μέχρι τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, τετρακόσια τάλαντα· νομὸς τρίτος καὶ δέκατος οὗτος. ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγέων, καὶ Θαμαναίων, καὶ Οὐτίων, καὶ Μύκων, καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν τῇσι τοὺς Ἀνασπάστους καλεομένους κατοικίζει βασιλεὺς,

---

Orthocorybantiis, quadringenta et quinquaginta talenta: Decima portio hæc. Caspii et Pausicæ et Pantimathi et Daritæ simul conferentes, ducenta talenta afferebant: Undecima hæc Portio. A Bactrianis ad Æglos usque, trecentorum et sexaginta talentorum erat tributum: Portio duodecima hæc.

93. A Pactyica et Armeniis, eorumque conterminis, Euxino tenus ponto, talenta quadringenta: Tertiadecima hæc portio. A Sagartiis et Sarangeis et Thamaneis et Utiis et Mycis, et iis qui rubri maris insulas incolunt, ubi rex eos qui Relegati vocantur collocat: ab his omnibus sexcentorum talentorum pro-

ἀπὸ τούτων πάντων ἑξακόσια τάλαντα ἐγίνετο φόρος· νομὸς τέταρτος καὶ δέκατος οὗτος. Σάκαι δὲ καὶ Κάσπιοι πεντήκοντα καὶ διηκόσια ἀγίνεον τάλαντα· νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος οὗτος. Πάρθοι δὲ, καὶ Χοράσμιοι, καὶ Σογδοί τε καὶ Ἄρειοι, τριηκόσια τάλαντα· νομὸς ἕκτος καὶ δέκατος οὗτος.

ϞΔʹ. Παρικάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τετρακόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἕβδομος καὶ δέκατος οὗτος. Ματιηνοῖσι καὶ Σάσπειρσι, καὶ Ἀλαροδίοισι διηκόσια ἐπετέτακτο τάλαντα· νομὸς ὄγδοος καὶ δέκατος οὗτος. Μόσχοισι δὲ, καὶ Τιβαρηνοῖσι, καὶ Μάκρωσι, καὶ Μοσυνοίκοισι, καὶ Μάρδοισι, τριηκόσια τάλαντα προείρητο· νομὸς εἴνατος καὶ δέκατος οὗτος. Ἰνδῶν δὲ πλῆθός τε πολλῷ πλεῖστόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώ-

veniebat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ et Caspii ducenta et quinquaginta talenta afferebant: Quintadecima portio hæc. Parthi Chorasmiique et Sogdi et Arii, trecenta talenta: Sextadecima portio hæc.

94. Paricanii et qui ex Asia sunt Æthiopes, quadringenta talenta: Septimadecima portio hæc. Matienis et Saspiribus et Alarodiis ducenta injuncta talenta erant: Duodevicesima portio hæc. Moschis et Tibarenis et Macronibus et Mosynœcis et Mardis trecenta talenta præcepta erant: Undevicesima hæc portio. Indi, ut sunt multitudine multo numerossisimi inter omnes quos novimus mortales, ita

πων, καὶ φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος· νομὸς εἰκοστὸς οὗτος.

ϟε΄. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ Εὐβοεικὸν συμβαλλεόμενον τάλαντον, εἶναι τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα· τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται ἐὸν Εὐβοεικῶν ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. τούτων ὦν πάντων συντιθεμένων τὸ πλῆθος, Εὐβοεικὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτειον φόρον Δαρείῳ, μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα· τὸ δ' ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπιεὶς, οὐ λέγω.

ϟϛ΄. Οὗτος Δαρείῳ προσήϊε φόρος ἀπό τε

---

tributum ad omnes ceteros afferebant trecenta sexaginta talenta auri ramentorum: Vicesima portio hæc.

95. Quod si Babylonica pecunia ad talentum Euboicum redigatur, fiunt novies millena quingenaque et quadraginta talenta. Aurum vero si tredecies multiplicatum computetur ad argentum, ramentum reperitur ad rationem Euboicam esse quatuor millia talentorum sexcentaque et octoginta. Quibus in unum contractis, Euboica talenta colligebantur in summam annui tributi a Dario, quatuordecim millia quingenta et sexaginta. Minorem his summam omittens non refero.

96. Hoc tributum Dario ex Asia obveniebat, et ex Africæ

τῆς Ἀσίης, καὶ τῆς Λιβύης ὀλιγαχόθεν. προϊόντος μέντοι τοῦ χρόνου, καὶ ἀπὸ νήσων προσήϊε ἄλλος φόρος, καὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μέχρι Θεσσαλίης οἰκημένων. τοῦτον τὸν φόρον θησαυρίζει ὁ βασιλεὺς τρόπῳ τοιῷδε· ἐς πίθους κεραμίνους τήξας καταχέει· πλήσας δὲ τὸ ἄγγος, περιαιρέει τὸν κέραμον· ἐπεὰν δὲ δεηθῇ χρημάτων, κατακόπτει τοσοῦτον ὅσον ἂν ἑκάστοτε δέηται.

ϟζ'. Αὗται μὲν νυν ἀρχαί τε ἦσαν, καὶ φόρων ἐπιτάξιες. ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος· ἀτελέα γὰρ Πέρσαι νέμονται χώρην. οἵδε δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν φέρειν, δῶρα δὲ ἀγίνεον· Αἰθίοπες οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ, τοὺς Καμβύσης ἐλαύνων ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας κατεστρέ-

---

paucis locis: ceterum procedente tempore et ab insulis obvenit aliud tributum, et ab iis qui Europam Thessalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc ad modum in thesauris reponit. Liquefactum in fictiles fidelias defundit: expleta autem fidelia subinde testam aufert: ex eoque, quoties pecunia indiget, tantum decidit quantum usus postulat

97. Atque hæ quidem provinciæ erant ac tributorum taxationes. Sola autem regio Persis tributaria a me dicta non est, quod immunem regionem Persæ colunt. Isti autem ad ferendum ullum tributum non adigebantur, sed dona portabant. Æthiopes Ægypto contermini, quos Cambyses in expeditione contra Macrobios Æthiopes sumpta subegit; quique sacram

ψατο· οἳ περί τε Νύσην τὴν ἱρὴν κατοίκηνται, καὶ τῷ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὁρτάς. οὗτοι οἱ Αἰθίοπες καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι, σπέρματι μὲν χρέονται τῷ αὐτῷ τῷ καὶ οἱ Καλαντίαι Ἰνδοί· οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια. οὗτοι συναμφότεροι διὰ τρίτου ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέουσι δὲ καὶ τὸ μέχρι ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, καὶ ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. Κόλχοι δ' ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρεὴν, καὶ οἱ προσεχέες μέχρι τοῦ Καυκάσιος οὔρεος· ἐς τοῦτο γὰρ τὸ οὖρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται· τὰ δὲ πρὸς βορῆν ἄνεμον τοῦ Καυκάσιος, Περσέων οὐδὲν ἔτι φροντίζει· οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐτάξαντο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ διὰ πεντετηρίδος ἀγίνεον,

Nysam incolunt, et Baccho dies festos agunt; isti Æthiopes eorumque finitimi, eodem quo Indi Calantiæ semine utuntur, subterraneasque habent domos: horum utrique tertio quoque anno portabant, portantque ad meam usque memoriam, binos chœnicas auri non igniti, et ducentas trabes ebeni, et quinque Æthiopes pueros, et viginti grandes elephanti dentes. Colchi quoque ad donationem ipsi ordinabant, eorumque finitimi ad montem usque Caucasum. Ad hunc enim mentem imperitatur a Persis, nam qui ad aquilonem Caucasi habitant, eorum jam nulli Persas curant. Isti igitur dona sibi imperata, etiam ad meam usque ætatem, quinto quoque anno afferebant, centum

ἑκατὸν παῖδας, καὶ ἑκατὸν παρθένους. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος· ταῦτα μὲν οὗτοι δῶρα πάρεξ τοῦ φόρου βασιλέϊ ἐκόμιζον.

ϞΗ΄. Τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν πολλὸν οἱ Ἰνδοὶ, ἀπ᾽ οὗ τὸ ψῆγμα τῷ βασιλέϊ τὸ εἰρημένον κομίζουσι, τρόπῳ τοιῷδε κτέονται. ἔστι τῆς Ἰνδικῆς χώρης τὸ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ψάμμος· τῶν γὰρ ἡμεῖς ἴδμεν, τῶν καὶ πέρι ἀτρεκές τι λέγεται, πρῶτοι πρὸς ἠῶ καὶ ἡλίου ἀνατολὰς οἰκέουσι ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἰνδοί. Ἰνδῶν γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἐρημίη ἐστὶ, διὰ τὴν ψάμμον. ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνά σφισι· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, νομάδες εἰσὶ, οἱ δὲ, οὔ· οἱ δὲ, ἐν τοῖσι ἕλεσι οἰκέουσι τοῦ ποταμοῦ· καὶ ἰχθύας σι-

---

pueros, totidemque virgines. Afferebant et Arabes mille quotannis talenta thuris. Hæc quidem isti dona, præter tributum, regi portabant.

98. Sed Indi id aurum tam multum, unde ramenta, quæ dixi, regi afferunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod ad solem orientem vergit, sabulosum est, nam ex illis quos scimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi sunt hominum in Asia ad auroram et solis ortum habitantes Indi. INDORUM enim tractus qui auroram spectat, propter arenam vastus est. Eorum autem complures sunt gentes, atque ex lingua inter se dissonæ: et eorum alii sunt dediti rei pecuariæ, alii non: item alii in paludibus flu-

τέονται ὠμοὺς, τοὺς αἱρέουσι ἐκ πλοίων καλαμίνων ὁρμεόμενοι· καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτά τε φλοΐνην· ἣν ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι.

ϟθ΄. Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἠῶ οἰκέοντες τούτων, νομάδες εἰσὶ, κρεῶν ἐδεσταὶ ὠμῶν· καλέονται δὲ Παδαῖοι· νόμοισι δὲ τοιοισίδε λέγονται χρέεσθαι· ὃς ἂν κάμῃ τῶν ἀστῶν, ἤν τε ἀνὴρ, ἤν τε γυνὴ, τὸν μὲν ἄνδρα ἄνδρες οἱ μάλιστά οἱ ὁμιλέοντες κτείνουσι, φάμενοι αὐτὸν, τηκόμενον τῇ νούσῳ, τὰ κρέα σφίσι διαφθείρεσθαι· ὁ δὲ, ἀπαρνεόμενός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν· οἱ δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι, ἀποκτείναντες

---

vii habitant, crudis victitantes piscibus, quas aggressi ex arundineis navigiis captant. Singula autem navigia e singulis arundinis genubus fiunt. Isti quidem ex Indis gerunt vestem e libro; quam ubi e flumine messuerunt phleum contuderuntque, plectentes in modum storeæ, tanquam thoracem induunt.

99. Alii Indorum, ad istorum auroram habitantes sunt pecuarii, carnibus crudis vescentes, nomine Padæi, qui talibus uti moribus narrantur: Quicunque civium seu vir seu fœmina ægrotat, virum quidem sui maxime familiares interimunt; quod dicant illum morbo tabescentem, carnes ipsis corrumpere: et licet se neget ille ægrotare, nihilominus isti non ignoscentes necant eum, epulanturque. Mu-

κατευωχέονται. ἢν δὲ γυνὴ κάμῃ, ὡσαύτως αἱ ἐπιχρεόμεναι μάλιστα γυναῖκες ταυτὰ τοῖσι ἀνδράσι ποιεῦσι· τὸν γὰρ δὴ ἐς γῆρας ἀπικόμενον θύσαντες, κατευωχέονται. ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται· πρὸ γὰρ τοῦ τὸν ἐς νοῦσον πάντα πίπτοντα κτείνουσι.

ρ΄. Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν, ἔμψυχον, οὔτε τι σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι· ποιηφαγέουσι δὲ, καὶ αὐτοῖσὶ ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· τὸ συλλέγοντες, αὐτῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. ὃς δ᾽ ἂν ἐς νοῦσον αὐτέων πέσῃ, ἐλθὼν ἐς τὴν ἔρημον κέεται· φροντίζει δὲ οὐδεὶς οὔτ᾽ ἀποθανόντος, οὔτε κάμνοντος.

---

lier vero si ægrotet, suæ maxime necessariæ fœminæ, idem quod viri faciunt. Qui enim ad senium pervenit, eo mactato pascuntur. Sed in hujus rationem non multi eorum perveniunt; nam ante id unumque, qui in morbum incidit, necant.

100. Est aliorum Indorum hæc diversa consuetudo, ut nihil animatum interimant, utque nihil serant, nec domos possidendas existiment, atque herba victitent. Estque eis quoddam milii instar magnitudine, sua sponte nascens e terra suo in calcye: quod cum ipso calyce lectum coquunt, eduntque. Eorum quisquis in morbum incidit, is in locum desertum pergit, ibique decumbit, ejus vel defuncti vel decumbentis curam gerente nemine.

ρα΄. Μίξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πάντων, ἐμφανής ἐστι, κατάπερ τῶν προβάτων, καὶ τὸ χρῶμα φορέουσι ὅμοιον πάντες καὶ παραπλήσιον Αἰθίοψι. ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν, τὴν ἀπίενται ἐς τὰς γυναῖκας, οὐ, κατάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ λευκὴ, ἀλλὰ μέλαινα, κατάπερ τὸ χρῶμα· τοιαύτην δὲ καὶ Αἰθίοπες ἀπίενται θορήν. οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ἑκαστέρω τῶν Περσέων οἰκέουσι, καὶ πρὸς νότου ἀνέμου· καὶ Δαρείου βασιλῆος οὐδαμᾶ ὑπήκουσαν.

ρβ΄, Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν Κασπατύρῳ τε πόλι καὶ τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ εἰσὶ πρόσουροι, πρὸς ἄρκτου τε καὶ βορέω ἀνέμου κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἳ Βακτρίοισι παραπλησίην ἔχουσι δίαιταν· οὗτοι καὶ μαχιμώτατοί εἰσι Ἰνδῶν, καὶ ἐπὶ τὸν χρυσὸν στελλόμενοι

101. Horum omnium quos recensui Indorum coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis ac proximus Æthiopico, genitura quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum ceterorum hominum, sed atra, ut color corporis: quale virus Æthiopes quoque emittunt. Hi Indi longius a Persis absunt, et ventum austrum versus: eoque Dario neutiquam obtemperaverunt.

102. Alii vero Indorum Caspatyro urbi et Pactyicæ regioni contermini sunt, versus septentrionem et ventum aquilonem habitantes aliorum Indorum, qui proximam Bactrianis vitam degunt: hi et pugnacissimi in eis

εἰσὶ οὗτοι· κατὰ γὰρ τοῦτό ἐστι ἐρημίη διὰ τὴν ψάμμον. ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκεων δὲ μέζονα. εἰσὶ γὰρ αὐτέων καὶ παρὰ βασιλέϊ τῶν Περσέων, ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. οὗτοι ὦν οἱ μύρμηκες ποιεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰσὶ δὲ καὶ εἶδος ὁμοιότατοι αὐτοί· ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη ἐστὶ χρυσῖτις. ἐπὶ δὴ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς, σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἔρσενα παρέλκειν, θήλεαν δὲ, ἐς μέσον· ἐπὶ ταύτην δὴ αὐτὸς ἀναβαίνει, ἐπιτηδεύσας ὅκως ἀπὸ τέκνων ὡς νεωτάτων ἀ-

---

sunt, et qui ad aurum mittuntur, hi sunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenam loca, in ea igitur solitudine arenosa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium vero majores. Earum quippe nonnullæ et apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerunt arenam, ut apud Græcos formicæ, atque eodem modo, ipsa etiam specie corporis simillimæ. Ea autem quæ egeritur arena, aurea est: ad quam in desertum mittuntur Indi; ternis singuli camelis junctis, ut utrinque funales mares trahant, femina in medio, in quam ipsi ascendunt: data opera ut a recentissimis fetibus abstractas jungant. Et-

ποσπάσας ζεύξῃ· αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι· χωρὶς δὲ, ἄχθεα δυνατώτεραι πολλὸν φέρειν.

ργ΄. Τὸ μὲν δὴ εἶδος ὁκοῖόν τι ἔχει ἡ κάμηλος, ἐπισταμένοισι τοῖσι Ἕλλησι οὐ συγγράφω· τὸ δὲ μὴ ἐπιστέαται αὐτῆς, τοῦτο φράσω. κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς, καὶ γούνατα τέσσερα· τὰ δὲ αἰδοῖα, διὰ τῶν ὀπισθίων σκελέων, πρὸς τὴν οὐρὴν τετραμμένα.

ρδ΄. Οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ τρόπῳ τοιούτῳ καὶ ζεύξει τοιαύτῃ χρεόμενοι ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν λελογισμένως, ὅκως ἂν καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ· ὑπὸ γὰρ τοῦ καύματος οἱ μύρμηκες ἀφανέες γίνονται ὑπὸ γῆν. θερμότατος δέ ἐστι ὁ ἥλιος τούτοισι τοῖσι ἀνθρώποισι τὸ ἑωθινόν· οὐ κατά-

---

enim istæ apud eos cameli nihilo sunt minori pernicitate quam equi, separatim vero ad ferenda onera multo valentiores.

103. Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, utpote scientibus, non conscribo: sed quod de eo animali nescitur, id dicam. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, et totidem genua, et veretra per posteriora crura caudam versus spectantia.

104. Hunc in modum junctis camelis, Indi ad aurum tendunt dinumerate, ut quum ferventissimi fuerint æstus, sint in rapina, siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol arden-

περ τοῖσι ἄλλοισι μεσαμβρίης, ἀλλ' ὑπερτείλας μέχρις οὗ ἀγορῆς διαλύσιος. τοῦτον δὲ τὸν χρόνον καίει πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα· οὕτως ὥστ' ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι τηνικαῦτα. μεσοῦσα δὴ ἡ ἡμέρη, σχεδὸν παραπλησίως καίει τούς τε ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τοὺς Ἰνδούς. ἀποκλιναμένης δὲ τῆς μεσαμβρίης, γίνεταί σφι ὁ ἥλιος κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι ὁ ἑωθινός· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐπιὼν ἔτι μᾶλλον ψύχει, ἐς ὃ ἐπὶ δυσμῇσι ἐὼν, καὶ τὸ κάρτα ψύχει.

ρε'. Ἐπεὰν δὲ ἔλθωσι ἐς τὸν χῶρον οἱ Ἰνδοὶ, ἔχοντες θυλάκια, ἐμπλήσαντες ταῦτα τῆς ψάμμου, τὴν ταχίστην ἐλαύνουσι ὀπίσω· αὐτίκα γὰρ οἱ μύρμηκες ὀδμῇ, ὡς δὴ λέγεται ὑπὸ Περσέων, μαθοντες διώκουσι· εἶναι δὲ τα-

---

tissimus matutinus, non quemadmodum aliis meridie, eousque capitibus imminens dum tempus est a foro discedendi: per quod spatium multo magis urit quam meridianus Græciam, adeo ut dicantur illi tum in aqua se madefacere. Meridies vero fere Indos urit peræque atque alios homines: declinante meridie, talis est illic sol qualis alibi matutinus: ac deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occasum perveniens præcipue friget.

105. Ubi ad locum Indi pervenere, culeis quos attulere arena completis, quamprimum retro se recipiunt. Protinus enim illos formicæ, ut a Persis fertur, olfactu perceptos insequuntur tanta pernicitate ut nulli alii sit similis: ita ut nisi viam interim dum formicæ congregantur, an-

χύτητα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅμοιον, οὕτω ὥστε εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφέων ἀποσώζεσθαι. τοὺς μέν νυν ἔρσενας τῶν καμήλων, εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν τῶν θηλέων, καὶ παραλύεσθαι ἐπελκομένους, οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους· τὰς δὲ θηλέας ἀναμιμνησκομένας τῶν ἔλιπον τέκνων, ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. τὸν μὲν δὴ πλέω τοῦ χρυσοῦ οὕτω οἱ Ἰνδοὶ κτῶνται, ὡς Πέρσαι φασί· ἄλλος δὲ σπανιώτερός ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ὀρυσσόμενος.

ρς΄. Αἱ δ' ἐσχατιαί κως τῆς οἰκουμένης τὰ κάλλιστα ἔλαχον, κατάπερ ἡ Ἑλλὰς τὰς ὥρας πολλόν τι κάλλιστα κεκραμένας ἔλαχε· τοῦτο μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἕω ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων ἡ Ἰνδική ἐστι, ὥσπερ ὀλίγον πρότερον εἴρηκα· ἐν ταύτῃ τοῦτο μὲν, τὰ ἔμψυχα τε-

ticipent Indi, nemo sit ipsorum inde evasurus. Ideoque camelos mares, quod impares feminis sunt in currendo, etiam plane resolvi attractos, non pariter utrosque: feminas vero, pullorum quos reliquerunt memores, nihil remittere. Isti Indi majorem auri partem possident, ut Persæ memorant, nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius est.

106. Et sane pulcherrima quodammodo extremæ orbis habitati partes sortitæ sunt, quemadmodum Græcia tempestates optime temperatas nacta est. Nam, ut paulo ante dixi, ultima plagarum quæ ad orientem vergentes habitantur, Indica est:

τράποδά τε καί τὰ πετηνὰ πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί ἐστι, πάρεξ τῶν ἵππων· τοῦτο δὲ ἑσσοῦνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, Νισαίων δὲ καλευμένων ἵππων· τοῦτο δὲ χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστὶ, ὁ μὲν, ὀρυσσόμενος· ὁ δὲ, καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐσήμανα, ἁρπαζόμενος. τὰ δὲ δένδρα τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει καρπὸν εἴρια καλλονῇ τε προφέροντα καὶ ἀρετῇ τῶν ἀπὸ τῶν οἴων· καὶ ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρέονται.

ρζ΄. Πρὸς δ' αὖ μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρίων ἐστί· ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τέ ἐστι μούνῃ χωρέων πασέων φυόμενος, καὶ σμύρνη, καὶ κασίη, καὶ κινάμωμον, καὶ λήδανον. ταῦτα πάντα πλὴν τῆς σμύρνης, δυσπετέως κτέονται οἱ Ἀράβιοι. τὸν

---

in qua tum animantes tam quadrupedes quam volucres, multo sunt grandiores quam ceteris in locis, præterquam equi, nam quod ad eam partem attinet, ab equis Medicis vincuntur qui Nisæi vocantur; tum infinita vis auri illic est, partim effossi, partim per flumina devecti, partim ut indicavi surrepti. Præterea agrestes arbores illic pro fructu lanam ferentes, ovillæ tum pulchritudine tum bonitate præcellentem: et ab his arboribus veste Indi utuntur.

107. Porro ad meridiem ultima e regionibus quæ habitantur, Arabia est: in qua sola omnium terrarum nascuntur thus, myrrha, casia, cinnamomum, et ledanum, cuncta hæc difficilia Arabibus ad nanciscendum, præter myrrham. Thus quidem Arabes styrace suffientes colligunt,

μὲν γε λιβανωτὸν συλλέγουσι, τὴν στύρακα θυμιῶντες, τὴν ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγουσι· ταύτην θυμιῶντες λαμβάνουσι· τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα, ὄφιες ὑπόπτεροι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλήθεϊ πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον· οὗτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύονται. οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἀπελαύνονται ἀπὸ τῶν δενδρέων, ἢ τῆς στύρακος τῷ καπνῷ.

ρη'. Λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι· καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστι, ἐοῦσα σοφή, ὅσα μὲν [γὰρ] ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπηται κατεσ-

---

ea quam Phœnices ad Græcos exportant: hanc suffientes thus capiunt. Etenim thuriferas illas arbores servant colubri subalati, exiguo corpore, discolori specie, permagno numero circa singulas arbores; iidem videlicet qui adversus Ægyptum facto exercitu tendunt. Nec ullo alio ab arboribus quam styracis fumo submoventur.

108. Universam terram oppleturi, ut Arabes aiunt, nisi, ut iidem narrabant, simile quiddam istis contingeret ei quod novimus contingere viperis, idque, ut credere debemus, solerti divinitatis prudentia, nam quæ et timido animo sunt et esculenta, ea omnia fetuosa fecit, ne aisiduo esu deperirent: contra, quæ sæva et maligna sunt, parum fetu-

θιόμενα· ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἄμικτα, ὀλιγόγονα. τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι· ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ, ψιλόν· τὸ δὲ, ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται· τὸ δὲ, ἀναιρέεται· τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι. ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ, συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου ἐστί· ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας· αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγράφων· πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τοπαράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδὲ ἕν.

---

osa. Unde fit ut lepus, quem venatur omnis fera, ales, homo, tam ferax sit: solaque ex omnibus bestiis, quum gravida est, denuo se impleri patiatur, et alium fetum in utero gestet pilis vestitum, alium nudum, alium tantum quod formatum: alium concipiat. Et lepus quidem talis est. At leæna validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit, nam una cum fetu uteros emittit. Cujus rei causa est hæc, quod scymnus leoninus, ubi moveri in utero incipit, quum habeat ungues longe acutissimos ex omnibus feris, uteros lacerat, augescensque multo magis ungues imprimendo exulcerat: ita ut ad postremum, quum partus instat, nihil eorum relinquatur incolume.

ρθʹ. Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε καὶ οἱ ἐν Ἀραβίοισι ὑπόπτεροι ὄφιες, εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι· νῦν δ᾽ ἐπεὰν θορνύωνται κατὰ ζεύγεα, καὶ ἐν αὐτῇ ᾖ ὁ ἔρσην τῇ ἐκποιήσει, ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν, ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα, οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ. ὁ μὲν δὴ ἔρσην ἀποθνήσκει τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ· ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοιήνδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γονεῖ τιμωρέοντα ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἐόντα τὰ τέκνα, διεσθίει τὴν μήτραν· διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς, οὕτω τὴν ἔκδυσιν ποιέεται. οἱ δὲ ἄλλοι ὄφιες, ἐόντες ἀνθρώπων οὐ δηλήμονες, τίκτουσί τε ᾠὰ, καὶ ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων. αἱ μὲν δή νυν ἔχιδναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν εἰσι· οἱ δὲ ὑπόπτεροι ἐόντες,

---

109. Sic quoque si viperæ et alati Arabiæ serpentes gignerentur ut ipsis natura fert, non esset hominibus vivendi facultas: nunc autem, quum libidine agitantur, et per paria coëunt, femina collum maris in emittenda genitura comprehendit, et innexa non prius dimittit quam devoraverit, et mas quidem hoc modo perit. Femina vero talem luit masculo pœnam: quod fetus dum adhuc intra ventrem sunt, patrem ulciscentes uterum ambedunt: ejusque alvo ambesa, ita partum faciunt. Ceteri serpentes qui non sunt hominibus perniciosi, ova pariunt et magnam vim fetuum excludunt. Porro viperæ per universum orbem terrarum existunt: alati vero densi in Arabia et nu-

ἀθρόοι εἰσὶ ἐν τῇ Ἀραβίῃ, καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ· κατὰ τοῦτο δοκέουσι πολλοὶ εἶναι.

ρί. Τὸν μὲν δὴ λιβανωτὸν τοῦτον οὕτω κτῶνται Ἀράβιοι· τὴν δὲ κασίην, ὧδε· ἐπεὰν καταδήσωνται βύρσῃσι καὶ δέρμασι ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον, πλὴν αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἔρχονται ἐπὶ τὴν κασίην· ἡ δὲ ἐν λίμνῃ φύεται οὐ βαθέῃ· περὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἐν αὐτῇ αὐλίζεταί κου θηρία πτερωτὰ, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα, καὶ τέτριγε δεινὸν, καὶ ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα· τὰ δὴ ἀπαμυνομένους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτω δρέπειν τὴν κασίην.

ριά. Τὸ δὲ δὴ κιννάμωμον ἔτι τούτων θωϋμαστότερον συλλέγουσι. ὅκου μὲν γὰρ γίνεται, καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν, πλὴν ὅτι λόγῳ εἰκότι χρεόμενοι, ἐν

---

quam alibi, ideo videntur frequentes esse.

110. Thus vero illud hunc in modum Arabes comparant. Casiam autem sic: Posquam et totum corpus, et faciem præter solos oculos obligaverunt coriis aliisque pellibus, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam et in qua degunt feræ alatæ, vespertilionibus simillimæ, stridore diro, et viribus prævalentibus: quas ab oculis arcentes Arabes, sic casiam metunt.

111. Cinnamomum etiam quam superiora mirabilius colligunt, nam aut ubi nascatur aut quæ terra nutriat illud, nequent dicere: nisi quod probabili ra-

τοισίδε χωρίοισί φασί τινες αὐτὸ φύεσθαι, ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν· φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας ἐς νεοσσιὰς προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι. πρὸς ὦν δὴ ταῦτα τοὺς Ἀραβίους σοφίζεσθαι τάδε· βοῶν τε καὶ ὄνων τῶν ἀπογινομένων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων τὰ μέλεα διαταμόντας ὡς μέγιστα, κομίζειν ἐς ταῦτα τὰ χωρία· καί σφεα θέντας ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, ἀπαλλάσσεσθαι ἑκὰς αὐτέων· τὰς δὲ ὄρνιθας καταπετομένας, αὐτων τὰ μέλεα τῶν ὑποζυγίων ἀναφορέειν ἐπὶ τὰς νεοσσιάς· τὰς δὲ, οὐ δυναμένας ἴσχειν, καταῤῥήγνυσθαι ἐπὶ γῆν· τοὺς δὲ, ἐπιόντας, συλλέγειν οὕτω μὲν τὸ κιννάμω-

---

tione utentes quidam narrent id gigni in iis regionibus ubi Bacchus educatus est: et ipsas festucas, quas nos ab Phœnicibus edocti vocamus cinnamomum, afferri a grandibus quibusdam alitibus ad nidos e luto constructos in præruptis montium et homini inaccessis. Ad ista igitur Arabes hæc excogitaverunt: boum asinorumque defunctorum et aliorum jumentorum membra concisa quam maxima in ea loca portant: et ubi juxta nidos posuere, procul inde abscedunt. Ad hæc frustra delapsæ volucres, ad nidos carnem jumentorum apportant: cui sustinendæ impares nidi, dirupti ad terram labuntur: tunc Ara-

μον· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας.

ρμ΄. Ὁ μὲν δὴ Συλοσῶν ἠπίστατό οἱ τοῦτο ἀπολωλέναι δι' εὐηθίην· ὡς δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος Καμβύσης τε ἀπέθανε, καὶ τῷ μάγῳ ἐπανέστησαν οἱ ἑπτὰ, καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὴν βασιληΐην ἔσχε, πυνθάνεται ὁ Συλοσῶν ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα τῷ κοτε αὐτὸς ἔδωκε ἐν Αἰγύ-

---

sis satelles, nullius etiamnum auctoritatis vir, captus desiderio amiculi, adit hominem ut mercetur amiculum. Syloson, animadvertens Darium magnopere amiculum cupere, divina fortuna usus, Ego, inquit, amiculum hoc nulla pecunia vendo, sed tibi largior, si hoc prorsus modo debet esse. Hæc approbans Darius, accepit indumentum.

140. Syloson, qui putarat sibi illud stulte perisse, interjecto tempore, quum Cambyses decessisset, et septem illi magum oppressissent, et ex septem illis Darius regnum adeptus esset, ubi certior factus est ad eum virum pervenisse regnum, cui ipsi roganti dedisset in Ægypto illud amiculum, Susa ascendit, sedensque ad antefores regiæ,

πτῳ δεηθέντι τὸ εἶμα. ἀναβὰς δὲ ἐς τὰ Σοῦσα, ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων, καὶ ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι· ἀγγέλλει ταῦτα ἀκούσας ὁ πυλουρὸς τῷ βασιλέϊ· ὁ δὲ, θωϋμάσας λέγει πρὸς ἑωϋτὸν, "Καὶ τίς ἐστι "Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ ἐγὼ προαιδεῦμαι, "νεωστὶ μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων; ἀναβέβηκε δ' "ἤ τις ἢ οὐδείς κω παρ' ἡμέας αὐτῶν· ἔχω "δὲ χρέος εἰπεῖν οὐδὲν ἀνδρὸς Ἕλληνος· ὅμως "δὲ αὐτὸν παράγετε ἔσω, ἵνα εἰδέω τί θέλων "λέγει ταῦτα." παρῆγε ὁ πυλουρὸς τὸν Συλοσῶντα· στάντα δὲ ἐς μέσον ἠρώτευν οἱ ἑρμηνέες τίς τε εἴη, καὶ τί ποιήσας, εὐεργέτης φησὶ εἶναι βασιλῆος. εἶπε ὦν ὁ Συλοσῶν πάντα τὰ περὶ τὴν χλανίδα γενόμενα, καὶ ὡς αὐτὸς εἴη κεῖνος ὁ δούς. ἀμείβεται πρὸς ταῦτα

---

ait, se eum esse qui de Dario sit bene meritus, hæc audiens janitor, regi nunciavit: et admirabundus rex, secum; Et quis, inquit, Græcorum est beneficus, cui ego reverentiam ante debeam, recens regno potitus? Etiamnum aut aliquis aut nullus eorum ad nos ascendit: nec ullius Græci viri mutuum dicere habeo: tamen hominem introducite, ut sciam, quid hæc dicendo velit sibi. Ubi a janitore introductus est Syloson, ac stetit in medio, interrogatur ab interpretibus quisnam esset, aut quo facto beneficus in regem extitisset? Ipse rem omnem gestam circa amiculum refert, seseque illum esse qui id donasset. Ad hæc respondens Darius, O, inquit, virorum generossisime,

Δαρεῖος, "Ὦ γενναιότατ' ἀνδρῶν, σὺ κεῖνος "εἶ, ὃς ἐμοὶ οὐδεμίην ἔχοντί κω δύναμιν "ἔδωκας; εἰ καὶ σμικρὰ, ἀλλ' ὦν ἴση γε ἡ "χάρις ὁμοίως ὡς εἰ νῦν κοθὲν τι μέγα λά-"βοιμι. ἀνθ' ὧν τοι χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἄπ-"λετον δίδωμι, ὡς μή κοτέ τοι μεταμελή-"σῃ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος εὖ ποιήσαντι." λέγει πρὸς ταῦτα ὁ Συλοσῶν, "Ἐμοὶ μήτε "χρυσὸν, ὦ βασιλεῦ, μήτε ἄργυρον δίδου, "ἀλλ' ἀνασωσάμενός μοι δὸς τὴν πατρίδα "Σάμον· τὴν νῦν, ἀδελφεοῦ τοῦ ἐμοῦ Πολυ-"κράτεος ἀποθανόντος ὑπὸ Ὀροίτεω, ἔχει "δοῦλος ἡμέτερος· ταύτην μοι δὸς ἄνευ τε "φόνου καὶ ἐξανδραποδίσιος."

ρμα'. Ταῦτα ἀκούσας Δαρεῖος, ἀπέστειλε στρατιήν τε καὶ στρατηγὸν Ὀτάνεα, ἀνδρῶν τῶν ἑπτὰ γενόμενον· ἐντειλάμενος ὅσων ἐδεή-

---

tune ille es, qui mihi nullamdum potentiam habenti donasti ea, quamvis parva, tamen perinde grata, ac si nunc aliquid magnum acciperem ? Quam ob rem immenso te auro argentoque remuneror, ut nunquam pœniteat te liberalem in Darium Hystaspis filium extitisse. Ad quæ Syloson, Mihi, inquit, O rex, neque aurum neque argentum dederis, sed patriam meam da Samum, ubi eam servaveris ; quam nunc post necem fratris mei Polycratis ab Orœte interfecti, occupat servus noster : hanc mihi donato citra cædem atque direptionem.

141. His Darius auditis, misit exercitum duce Otane uno e

θη ὁ Συλοσῶν, ταῦτά οἱ ποιέειν ἐπιτελέα. καταβὰς δ' ἐπὶ τὴν θάλασσαν ὁ Ὀτάνης, ἔστελλε τὴν στρατιήν.

ρμβ'. Τῆς δὲ Σάμου Μαιάνδριος ὁ Μαιανδρίου εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν· τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο. ἐπειδὴ γάρ οἱ ἐξαγγέλθη ὁ Πολυκράτεος θάνατος, ἐποίεε τοιάδε· πρῶτα μὲν, Διὸς Ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν οὔρισε τοῦτο, τὸ νῦν ἐν τῷ προαστηΐῳ ἐστί· μετὰ δὲ ὥς οἱ ἐπεποίητο, ἐκκλησίην συναγείρας πάντων τῶν ἀστῶν, ἔλεξε τάδε, "Ἐμοὶ, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, "σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος "ἐπιτέτραπται, καί μοι παρέχει νῦν ὑμέων

---

septem viris, jusso ut quæ Syloson rogasset, ea effecta redderet. Otanes ad mare descendens. contrahebat exercitum.

142. At Sami imperium obtinebat Mæandrius Mæandrii filius, acceptum a Polycrate, ut illud procuraret. Cui, justissimo virorum volenti esse, non licuit: nam ubi de Polycratis interitu allatus est nuncius, fecit ista: ante omnia Jovi Liberatori statuit aram, eique fanum in circuitu designavit, quod nunc quoque in suburbanis extat. Deinde ubi hoc perfecit, advocata omnium civium concione, ita verba fecit; Mihi sceptrum atque omnis potentia Polycratis, ut vos etiam nostis, demandata fuit; et mihi nunc suppeditat vobis dominari: sed quæ in pro-

" ἄρχειν· ἐγὼ δὲ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, " αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω· οὔτε γάρ " μοι Πολυκράτης ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν " ὁμοίων ἑωϋτῷ, οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα " ποιέει. Πολυκράτης μέν νυν ἐξέπλησε μοί- " ρην τὴν ἑωϋτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν " τιθεὶς, ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω. τοσάδε " μέντοι δικαιῶ γέρεα ἐμεωϋτῷ γενέσθαι· ἐκ " μέν γε τῶν Πολυκράτεος χρημάτων, ἐξαί- " ρετα ἓξ τάλαντά μοι γενέσθαι· ἱερωσύνην " δὲ πρὸς τούτοισι αἱρεῦμαί αὐτῷ τ' ἐμοὶ " καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινομένοισι, τοῦ " Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου· τῷ αὐτός τε ἱρὸν " ἱδρυσάμην, καὶ τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιτί- " θημι." ὁ μὲν δὴ ταῦτα τοῖσι Σαμίοισι ἐπαγγέλλετο· τῶν δέ τις ἐξαναστὰς εἶπε,

---

pinquo reprehendo, ipse quoad potero non faciam. Nam neque Polycrates placebat mihi, in viros sibi ipsi pares dominatum habens, neque alius quispiam talia faciens. Et Polycrates quidem fatum suum explevit: ego autem, posito in medium dominatu, juris æquabilitatem vobis pronuncio: postulans tamen jure optimo mihi ipsi hos honores concedi, ut e pecunia Polycratis sex talenta eximia mihi cedant; et præterea Jovis Liberatoris, cui ego templum exstruxi, sacerdotium, tam mihi ipsi, quam meis in perpetuum posteris; et sic libertatem vobis restituo. Hæc Mæandrius a Samiis postulabat. Tunc quidam surgens, Tu vero, inquit, indignus es qui nobis imperes,

" Ἀλλ' οὐδ' ἄξιος εἶ σύ γε ἡμέων ἄρχειν, " γεγονώς τε κακὸς, καὶ ἐὼν ὄλεθρος· ἀλλὰ " μᾶλλον ὅκως λόγον δώσεις τῶν μετεχείρι-" σας χρημάτων" ταῦτα εἶπε, ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος, τῷ οὔνομα ἦν Τελέσαρχος.

ρμγ'. Μαιάνδριος δὲ νόῳ λαβὼν ὡς εἰ μετήσει τὴν ἀρχὴν, ἄλλος τις ἀντ' αὐτοῦ τύραννος καταστήσεται, οὐ δή τι ἐν νόῳ εἶχε μετιέναι αὐτήν· ἀλλ' ὡς ἀνεχώρησε ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον ὡς δὴ λόγον τῶν χρημάτων δώσων, συνέλαβέ σφεας, καὶ κατέδησε. οἱ μὲν δὴ ἐδεδέατο· Μαιάνδριον δὲ μετὰ ταῦτα κατέλαβε νοῦσος. ἐλπίζων δέ μιν ἀποθανέεσθαι ὁ ἀδελφεὸς, τῷ οὔνομα ἔην Λυκάρητος, ἵνα εὐπετεστέρως κατάσχῃ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα, κατακτείνει

---

tu qui malus extitisti, et es funestus, sed dignus potius qui pecuniarum, quas intervertisti, rationem reddas. Hæc Telesarchus, ita enim vocabatur, dixit, inter cives spectatus.

143. Quæ Mæandrius animo accipiens, reputansque fore, ut si ipse dominatum deponeret, alius quispiam in ejus locum tyrannus constitueretur, non deponendum sibi dominatum statuit: sed in arcem regressus, accitum unumquemque eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, et in carcerem misit. Post hæc, dum hi in vinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur: quem decessurum credens frater, nomine Lycaretus, quo facilius Sami rerum potiretur, omnes vinctos

τοὺς δεσμώτας πάντας· οὐ γὰρ δὴ, ὡς οἴκασι, ἐβουλέατο εἶναι ἐλεύθεροι.

ρμδ'. Ἐπειδὴ ὦν ἀπίκοντο ἐς τὴν Σάμον οἱ Πέρσαι, κατάγοντες Συλοσῶντα, οὔτέ τίς σφι χεῖρας ἀνταείρεται, ὑπόσπονδοί τε ἔφασαν εἶναι ἕτοιμοι οἱ τοῦ Μαιανδρίου στασιῶται, καὶ αὐτὸς Μαιάνδριος, ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς νήσου. καταινέσαντος δ' ἐπὶ τούτοισι Ὀτάνεω, καὶ σπεισαμένου, τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἐκατέατο.

ρμε'. Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος, τῷ οὔνομα ἦν Χαρίλεως· οὗτος ὁτιδὴ ἐξαμαρτὼν, ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο· καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ πρησσόμενα, καὶ διακύψας διὰ τῆς γοργύρης, ὡς εἶδε τοὺς

---

interemit ; neque enim, ut videbatur, liberi esse volebant.

144. Igitur ubi Samum venere Persæ, Sylosontem reducentes, nihil prorsum adversus eos manum levavit, et ii qui ejusdem Mæandrio factionis erant, se paratos esse ad se submittendum data fide dixerunt ; et ipse Mæandrius ex insula discedere. Approbante hæc Otane, atque inito fœdere, eminentissimi quique Persarum positis sellis e regione arcis sedebant.

145. Erat autem Mæandrio frater subvecordior, nomine Charileus, qui ob quodcunque delictum in subterraneo loco erat alligatus. Hic quum audisset quæ agebantur, et per specum suspiciens vidisset Persas tranquille sedentes, vociferando di-

Πέρσας εἰρηναίως κατημένους, ἐβόα τε καὶ ἔφη λέγων, Μαιανδρίῳ θέλειν ἐλθεῖν ἐς λόγους. ἐπακούσας δὲ ὁ Μαιάνδριος, λύσαντας αὐτὸν ἐκέλευε ἄγειν παρ' ἑωϋτόν. ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα, λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε ἐπιθέσθαι τοῖσι Πέρσῃσι, λέγων τοιάδε, "Ἐμὲ μὲν, "ὦ κάκιστε ἀνδρῶν, ἐόντα σεωϋτοῦ ἀδελφεὸν "καὶ ἀδικήσαντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ, δήσας "γοργύρης ἠξίωσας· ὁρέων δὲ τοὺς Πέρσας "ἐκβάλλοντάς τέ σε καὶ ἄνοικον ποιεῦντας, "οὐ τολμᾷς τίσασθαι, οὕτω δή τι ἐόντας "εὐπετέας χειρωθῆναι; ἀλλ' εἴ τί σύ σφεας "καταῤῥώδηκας, ἐμοὶ δὸς τοὺς ἐπικούρους, "καί σφεας ἐγὼ τιμωρήσομαι τῆς ἐνθάδε "ἀπίξιος· αὐτόν τέ σε ἐκπέμψαι ἐκ τῆς νήσου "ἕτοιμος εἰμι·" ταῦτα δὲ ἔλεξε ὁ Χαρίλεως.

---

cebat velle se in colloquium venire Mæandrii. Eum audiens Mæandrius, jussit solutum ad se adduci, ubi adductus est, confestim conviciando maledicendoque illi suadebat, ut impetum daret in Persas: hæc inquiens, Me tu, O deterrime virorum, qui sum tuus frater, quique nihil vinculis dignum peccavi, in subterraneo carcere aligandum putasti: Persas autem, quos cernis te expellentes atque extorrem facientes, ulcisci non audes, tam faciles ad capiendum? Quos si tu reformidas, præbe mihi auxiliares, ut istos ob suum huc adventum ulciscar: paratus etiam te ipsum ex insula emittere. Hæc Charileus.

ρμϛ΄. Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος, ὡς δόξαι τὴν ἑωϋτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλῆος, ἀλλὰ φθονήσας μᾶλλον Συλοσῶντι, εἰ ἀπονητὶ ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι ἀκέραιον τὴν πόλιν. ἐρεθίσας ὦν τοὺς Πέρσας, ἔθελε ὡς ἀσθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα, καὶ οὕτω παραδιδόναι· εὖ ἐξεπιστάμενος ὡς παθόντες οἱ Πέρσαι, προσεμπικρανέεσθαι ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι· εἰδώς τε ἑωϋτῷ ἀσφαλέα ἔκδυσιν ἐοῦσαν ἐκ τῆς νήσου τότε, ἐπεὰν αὐτὸς βούληται· ἐπεποίητο γάρ οἱ κρυπτὴ διώρυξ ἐκ τῆς ἀκροπόλιος φέρουσα ἐπὶ θάλασσαν. αὐτὸς μὲν δὴ ὁ Μαιάνδριος ἐκπλέει ἐκ τῆς Σάμου· τοὺς δὲ ἐπικούρους πάντας ὁπλίσας ὁ Χαρίλεως καὶ ἀναπετάσας τὰς πύλας,

146. Quem sermonem Mæandrius suscepit, quantum ego sentio, non quia eo insipientiæ venisset, ut putaret suas vires regiis superiores esse: sed invidens Sylosonti, si civitatem integram sine labore esset accepturus. Irritatis igitur Persis maluit res Samias debilitare, atque ita tradere, probe intelligens, Persas, si quid ipsis accideret, sævituros esse in Samios, et sibi tutum sciens ex insula excessum esse quandocunque vellet: foderat enim sibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare, itaque ipse quidem Mæandrius e Samo enavigavit. Charileus autem, armatis cunctis auxiliariis, patefactisque portis egreditur in Persas nihil tale expectantes, sed omnia conve-

ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας, οὔτε προσδεκομένους τοιοῦτο οὐδὲν, δοκέοντάς τε δὴ πάντα συμβεβάναι. ἐμπεσόντες δὲ οἱ ἐπίκουροι, τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον. καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἐποίευν, ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἡ Περσικὴ ἐπεβοήθεε· πιεζεύμενοι δὲ οἱ ἐπίκουροι ὀπίσω κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν.

ρμζ. Ὀτάνης δὲ ὁ στρατηγὸς ἰδὼν πάθος μέγα Πέρσας πεπονθότας, ἐντολάς τε τὰς Δαρεῖος ἀποστέλλων ἐνετέλλετο, μήτε κτείνειν μηδένα Σαμίων, μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθέα τε κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι, τουτέων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος ἐπελανθάνετο· ὁ δὲ παρήγγειλε τῇ στρατιῇ πάντα τὸν ἂν λάβωσι, καὶ ἄνδρα καὶ παῖδα, ὁμοίως κτενέειν. ἐνθαῦτα τῆς στρατιῆς οἱ μὲν τὴν ἀκρό-

---

nisse existimantes. Hos Persas, qui sellis gestabantur, et plurimi momenti erant, dato impetu auxiliarii occiderunt. Dum hæc isti agunt, ceteræ Persarum copiæ auxilio veniunt; a quibus repulsi auxiliarii, rursus in arcem se recipiunt.

147. Otanes imperator, cernens tantam cladem illatam Persis, memor præceptorum quæ Darius, eum mittens dederat, ne quem Samiorum aut occideret aut caperet, insulamque immunem malorum Sylosonti traderet: horum dico præceptorum reminisci neglexit, jussitque milites, et quemque Samium adipiscerentur, occiderent, virum pariter et puerum. Tunc

πόλιν ἐπολιόρκεον, οἱ δὲ ἔκτεινον πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, ὁμοίως ἔν τε ἱρῷ καὶ ἔξω ἱροῦ.

ρμη΄. Μαιάνδριος δ᾽ ἀποδρὰς ἐκ τῆς Σάμου, ἐκπλέει ἐς Λακεδαίμονα· ἀπικόμενος δ᾽ ἐς αὐτὴν, καὶ ἀνενεικάμενος τὰ ἔχων ἐξεχώρησε, ἐποίεε τοιάδε· ὅκως ποτήρια ἀργύρεά τε καὶ χρύσεα προθεῖτο, οἱ μὲν θεράποντες αὐτοῦ ἐξέσμων αὐτά· ὁ δ᾽ ἂν τὸν χρόνον τοῦτον τῷ Κλεομένεϊ τῷ Ἀναξανδρίδεω ἐν λόγοισι ἐὼν, βασιλεύοντι Σπάρτης, προῆγέ ἐς τὰ οἰκία· ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθώυμαζέ τε καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε αὐτέων ἀποφέρεσθαι αὐτὸν ὅσα βούλοιτο. τοῦτο καὶ δὶς καὶ τρὶς εἴπαντος Μαιανδρίου, ὁ Κλεομένης δικαιότατος ἀνδρῶν γίνεται· ὃς λαβεῖν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδικαίευ. μαθὼν δὲ ὡς

---

pars copiarum arcem obsidebat, pars obvium quemque sine discrimine trucidabat, tam in delubro quam extra delubrum.

148. Mæandrius e Samo profugiens, Lacedæmonem navigavit. Eo ubi pervenit, ac devexisset quæ secum habens excesserat, id egit; postquam pocula argentea et aurea proposuit, servi in eo erant, ut ea extergerent: interea ipse Cleomenem, Anaxandridæ filium, Spartæ regem, colloquendo deducit ad ædes suas. Cleomenes ubi pocula vidit, præ admiratione attonitus erat. Mæandrius eum jubere, quæcunque liberet, illinc asportare: idque quum bis et ter Meandrius diceret, tamen Cleomenes virorum justissimus extitit, qui ea quæ sibi donabantur, recipienda non putavit. Sed quum didicit ea-

ἄλλοισι διδοὺς τῶν ἀστῶν εὑρήσεται τιμωρίην, βὰς ἐπὶ τοὺς ἐφόρους, ἄμεινον εἶναι ἔφη τῇ Σπάρτῃ τὸν ξεῖνον τὸν Σάμιον ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ ἀναπείσῃ ἢ αὐτὸν, ἢ ἄλλον τινὰ Σπαρτιητέων, κακὸν γενέσθαι· οἱ δ' ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν Μαιάνδριον.

ρμθ'. Τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι, παρέδοσαν Συλοσῶντι, ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν. ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ στρατηγὸς Ὀτάνης, ἔκ τε ὄψιος ὀνείρου, καὶ νούσου ἥ μιν κατέλαβε νοσῆσαι τὰ αἰδοῖα.

ρν'. Ἐπὶ δὲ Σάμον στρατεύματος ναυτικοῦ οἰχομένου, Βαβυλώνιοι ἀπέστησαν, κάρτα εὖ παρεσκευασμένοι· ἐν ὅσῳ γὰρ ὅ, τε μάγος

dem aliis civium Mæandrium elargientem habiturum patrocinium, aditis ephoris, dixit satius esse Spartæ hospitem Samium e Peloponneso ablegari, ne aut ipsi aut alii cuipiam Spartanorum persuaderet fieri malum. Illi, Cleomeni obsequentes, Mæandrio indixerunt abitum.

149. Persæ ubi occupavere Samum, Sylosonti tradiderunt viris desolatam. Interjecto tamen tempore etiam Otanes imperator frequentem incolis effecit, tum e visione insomnii, tum ex morbo, quo laboravit circa pudenda.

150. Ceterum, dum Samum nauticus proficiscitur exercitus, Babylonii rebellaverunt, rebus probe admodum comparatis: nam quamdiu magus imperavit,

ἦρχε καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπανέστησαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ταραχῇ ἐς τὴν πολιορκίην παρεσκευάσαντο· καί κως ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον. ἐπεί τε δὲ ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἀπέστησαν, ἐποίησαν τοιόνδε· τὰς μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἕκαστος μίην προσεξαιρέετο, τὴν ἐβούλετο ἐκ τῶν ἑωϋτοῦ οἰκίων· τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας συναγαγόντες, ἀπέπνιξαν· τὴν δὲ μίην ἕκαστος σιτοποιὸν ἐξαιρέετο. ἀπέπνιξαν δὲ αὐτὰς, ἵνα μή σφεων τὸν σῖτον ἀναισιμώσωσι.

ρνα΄. Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, καὶ συλλέξας ἅπασαν τὴν ἑωϋτοῦ δύναμιν, ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτούς· ἐπελάσας δὲ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐπολιόρκεε, φροντίζοντας οὐδὲν τῆς πολιορκίης. ἀναβαίνοντες γὰρ ἐπὶ τοὺς προμαχεῶνας τοῦ τείχεος οἱ Βαβυλώνιοι, κατωρ-

---

et septem insurrexerunt, per hoc omne tempus et per turbationem se ad ferendam obsidionem instruxerunt, et in his apparandis usque latuerunt: verum ubi e professo desciverunt, hæc sibi facienda statuerunt: Matribus exceptis mulierum unam, quam sibi quisque voluit, e domesticis deligit; ceteras omnes contractas strangularunt: illam vero unam quisque ad panem pinsendum eligebat; strangularunt autem eas, ne frumentum ipsorum absumerent.

151. His rebus cognitis Darius collectis omnibus copiis adversus eos contendit: et postquam pervenit, urbem obsidione cingit. Sed illi nihili pendere obsidionem: nam conscensis muri propugnaculis, tripudiare probraque

χέοντο, καὶ κατέσκωπτον Δαρεῖον καὶ τὴν στρατιὴν αὐτοῦ· καί τις αὐτῶν εἶπε τοῦτο τὸ ἔπος, "Τί κάτησθε ἐνθαῦτα ὦ Πέρσαι, ἀλλ' "οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε "ἡμέας ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι." τοῦτο εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, οὐδαμὰ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκεῖν.

ρνβ'. Ἑπτὰ δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος ἤδη, ὁ Δαρεῖός τε ἤσχαλλε, καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα, οὐ δυνατὴ ἐοῦσα ἑλεῖν τοὺς Βαβυλωνίους. καί τοι πάντα σοφίσματα καὶ πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος· ἀλλ' οὐδ' ὣς ἐδύνατο ἑλεῖν σφεας· ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἷλέ σφεας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη. ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἔσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι, οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν.

---

ingerere Dario atque exercitui ejus; quorum quidam ita inquit, Quid hic desidetis Persæ? quin potius absceditis, quippe tunc expugnaturi nos, quum pepererint mulæ. Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam.

151. Anno ac septem mensibus in obsidione consumptis, jam Darium, atque universum exercitum, tædere quod Babylonios expugnare non posset; etsi adversus illos omnia machinamenta atque omnes insidias expertus, cum alias, tum illas quibus eosdem Cyrus expugnaverat. Omnia hæc frustra fuerunt, quia Babylonii vehementer excubiis incumbebant.

ρνγʹ. Ἐνθαῦτα εἰκοστῷ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου τούτου, ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο, τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ τῷ Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε· τῶν οἱ σιτοφόρων ἡμιόνων μίη ἔτεκε. ὡς δέ οἱ ἐξαγγέλθη, καὶ ὑπὸ ἀπιστίης αὐτὸς ὁ Ζώπυρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι δούλοισι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονὸς, ἐβουλεύετο. καί οἱ πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, ὃς κατ' ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεάν περ ἡμίονοι τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἁλώσεσθαι, πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών· σὺν γὰρ θεῷ ἐκεῖνόν τε εἰπεῖν, καὶ ἑωϋτῷ τεκεῖν τὴν ἡμίονον.

ρνδʹ. Ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μόρσιμον εἶναι ἤδη τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι, προσελθὼν Δαρείῳ

153. Sed quum ne sic quidem capi possent, vicesimo quam circumvallati sunt mense, Zopyro, Megabyzi filio, unius e septem viris qui magum sustulerunt, hoc contigit portentum, ut quædam mularum ejus quæ frumentum subvectabant, pareret. Quod ubi ei renunciatum fuit, non credens, fetum ipse inspicere voluit; simulque vetans servos, cuipiam rem aperire, consultabat, et ad illius Babylonii verba, qui inter initia dixerat, postquam mulæ peperissent, fore ut murus, expugnaretur: ad hoc omne a Zopyro visa est expugnabilis Babylon: divino enim numine et illum loquutum et sibi mulam peperisse.

154. Igitur ubi visum est fatale esse jam Babylonem capi, adiens Darium, sciscitatus est,

ἀπεπυνθάνετο, εἰ περὶ πολλοῦ κάρτα ποιέεται τὴν Βαβυλῶνα ἑλεῖν. πυθόμενος δὲ ὡς πολλοῦ τιμῷτο, ἄλλο ἐβουλεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔσται ὁ ἑλὼν αὐτὴν, καὶ ἑωϋτοῦ τὸ ἔργον ἔσται· κάρτα γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι αἱ ἀγαθοεργίαι ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος τιμῶνται. ἄλλῳ μέν νυν οὐκ ἐφράζετο ἔργῳ δυνατὸς εἶναί μιν ὑποχειρίην ποιῆσαι, εἰ δ' ἑωϋτὸν λωβησάμενος αὐτομολήσειε ἐς αὐτούς. ἐνθαῦτα ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος ἑωϋτοῦν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον· ἀποταμὼν γὰρ ἑωϋτου τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας, καὶ μαστιγώσας, ἦλθε παρὰ Δαρεῖον.

ρνέ. Δαρεῖος δὲ κάρτα βαρέως ἤνεικε, ἰδὼν ἄνδρα δοκιμώτατον λελωβημένον· ἔκ τε τοῦ θρόνου ἀναπηδήσας, ἀνέβωσέ τε καὶ εἴρετό

---

numquid perquam magni faceret expugnare Babylonem? Audiens perquam magni ab illo fieri, aliud consultat, quomodo ipse foret urbis expugnator, et suum hoc esset opus: bene gesta enim apud Persas permultum ad incrementa magnitudinis valent. Alio quidem nullo opere illam se imperio subdere posse cogitabat, quam si a seipso mutilatus ad illos transfugeret. Tum igitur parvi pendens se ipsum insanabili mutilatione afficit, quippe nasum sibi præcidit auresque, comamque deformiter circumtondit, et se flagris cecidit: atque ita ad Darium perrexit.

155. Quem ille intuens, virum videlicet spectatissimum mutilatum, adeo graviter tulit, ut exiliens e solio exclamaret, interrogando quis eum et ob quod

μιν, ὅστις εἴη ὁ λωβησάμενος, καὶ ὅ, τι ποιήσαντα· ὁ δὲ εἶπε, "Οὐκ ἔστι οὗτος ὠνὴρ "ὅτι μὴ σὺ, τῷ ἔστι δύναμις τοσαύτη ἐμὲ "δὴ ὧδε διαθεῖναι· οὔτε τις ἀλλοτρίων, ὦ "βασιλεῦ, τάδε ἔργασται, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ "ἐμεωϋτόν· δεινόν τι ποιεύμενος Ἀσσυρίους "Πέρσῃσι καταγελᾷν." ὁ δ' ἀμείβετο, "Ὦ "σχετλιώτατε ἀνδρῶν, ἔργῳ τῷ αἰσχίστῳ "οὔνομα τὸ κάλλιστον ἔθευ, φὰς διὰ τοὺς πο-"λιορκευμένους σεωϋτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι· "τί, ὦ μάταιε, λελωβημένου σεῦ, θᾶσσον οἱ "πολέμιοι παραστήσονται; κῶς οὐκ ἐξέπλω-"σας τῶν φρενῶν, σεωϋτὸν διαφθείρας;" ὁ δὲ εἶπε, "Εἰ μέν τοι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον "ποιήσειν, οὐκ ἄν με περιεῖδες· νῦν δ' ἐπ' "ἐμεωϋτοῦ βαλλόμενος, ἔπρηξα. ἤδη ὦν ἢν

---

facinus mutilasset? Ad eum respondens Zopyrus, Nemo, inquit, ille vir est præter te, cujus tanta potentia est, ut ita me possis afficere, neque alienus quispiam, O rex, hæc mihi fecit, sed ipse ego: quod indigno animo fero Assyrios Persis illudere. Cui respondit, O virorum miserrime, turpissimo facto pulcherrimum nomen imposuisti, inquiens propter eos qui obsidentur, temetipsum indigne lacerasse. Numquid, O demens, te mutilato hostes citius deditionem facient? quomodo non te ipsum lanians mente excidisti? Ad eum Zopyrus, Siquidem, inquit, prodidissem, quæ eram facturus, tu mihi non permisisses: nunc memet ego adhibens, id feci. Itaque jam Babylonem ca-

" μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, αἱρέομεν Βαβυλῶνα. ἐγὼ
" μὲν γὰρ ὡς ἔχω, αὐτομολήσω ἐς τὸ τεῖχος,
" καὶ φήσω πρὸς αὐτοὺς ὡς ὑπὸ σεῦ τάδε
" ἔπαθον, καὶ δοκέω, πείσας σφέας ταῦτα
" ἔχειν οὕτω, τεύξεσθαι στρατιῆς. σὺ δὲ, ἀπ'
" ἧς ἂν ἡμέρης ἐγὼ ἐσέλθω ἐς τὸ τεῖχος, ἀπὸ
" ταύτης ἐς δεκάτην ἡμέρην τῆς σεωϋτοῦ
" στρατιῆς, τῆς οὐδεμίη ἔσται ὤρη ἀπολλυ-
" μένης, ταύτης χιλίους τάξον κατὰ τὰς
" Σεμιράμιος καλεομένας πύλας· μετὰ δὲ,
" αὖτις ἀπὸ τῆς δεκάτης ἐς ἑβδόμην, ἄλλους
" μοι τάξον δισχιλίους κατὰ τὰς Νινίων κα-
" λεομένας πύλας· ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης δια-
" λιπὼν εἴκοσι ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἄλλους
" κάτισον, ἀγαγὼν κατὰ τὰς Χαλδαίων κα-
" λεομένας πύλας, τετρακισχιλίους. ἐχόντων
" δὲ μήτε οἱ πρότεροι μηδὲν τῶν ἀμυνούντων,

pimus, nisi tu tuis deeris, ego enim ita uti sum ad murum pro transfuga ibo, dicamque illis me hæc abs te esse passum: et opinor, ubi persuasero illis hæc ita habere, militiæ fiam particeps. At tu decimo die quam murum fuero ingressus, mille milites ex eo genere, cujus jactura nihil admodum damni fiat, colloca ad portas quæ vocantur Semiramis: rursus interjectis septem diebus, colloca mihi alia duo millia ad portas, quæ dicuntur Niniorum: atque tertio, viginti diebus interjectis, e regione portarum, quæ dicuntur Chaldæorum, alios statue, numero quatuor millia: sed neque priores neque posteriores habeant quo se de-

" μήτε οὗτοι, πλὴν ἐγχειριδίων· τοῦτο δὲ ἐᾷν
" ἔχειν. μετὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἡμέρην, ἰθέως
" τὴν μὲν ἄλλην στρατιὴν κελεύειν πέριξ
" προσβάλλειν πρὸς τὸ τεῖχος· Πέρσας δέ
" μοι τάξον κατά τε τὰς Βηλίδας καλεο-
" μένας πύλας καὶ Κισσίας· ὡς γὰρ ἐγὼ
" δοκέω, ἐμέο μεγάλα ἔργα ἀποδεξαμένου,
" τά τε ἄλλα ἐπιτρέψονται ἐμοὶ Βαβυλώ-
" νιοι, καὶ δὴ καὶ τῶν πυλέων τὰς βαλανά-
" γρας· τὸ δ' ἐνθεῦτεν, ἐμοί τε καὶ Πέρσῃσι
" μελήσει τάδε ποιέειν."

ρνϛ'. Ταῦτα ἐντειλάμενος ἤϊε ἐπὶ τὰς πύλας, ἐπιστρεφόμενος ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος. ὁρέοντες δὲ ἀπὸ τῶν πύργων οἱ κατὰ τοῦτο τεταγμένοι, κατέτρεχον κάτω· καὶ ὀλίγον τι παρακλίναντες τὴν ἑτέρην πύλην, εἰρώ-

---

fendant, præter gladios: hoc tantum sinas eos habere. Post diem vicesimum reliquas copias jube recta muros undique subire. Verum ad portas quæ Belides ac Cissiæ vocantur Persas mihi statuito: etenim, ut ego arbitror, Babylonii mihi, qui magna opera ediderim, committent cum alia, tum vero portarum claves: illinc mihi atque Persis curæ erit operam navare.

156. Hæc ubi mandavit, ad portas perrexit, subinde respectans tanquam vere perfuga. Eo conspecto qui in turribus ad id dispositi erant, deorsum decurrerunt, et alteram portam aliquantulum reclinantes, sciscitabantur, quisnam esset, et cujus rei indigens veniret. Quumque

τεον τίς τε εἴη, καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι· ὁ δέ σφι ἠγόρευε ὡς εἴη τε Ζώπυρος, καὶ αὐτομολέοι ἐς ἐκείνους. ἦγον δή μιν οἱ πυλωροὶ, ταῦτα ὡς ἤκουσαν, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων· καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ, κατοικτίζετο, φὰς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι τὰ ἐπεπόνθεε ὑπ' ἑωϋτοῦ· παθέειν δὲ ταῦτα διότι συμβουλεῦσαι οἱ ἀπανιστάναι τὴν στρατιὴν, ἐπεί τε δὲ οὐδεὶς πόρος ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος. "Νῦν τε ἔφη "λέγων, ἐγὼ ὑμῖν, ὦ Βαβυλώνιοι, ἥκω μέγι-"στον ἀγαθὸν, Δαρείῳ δὲ καὶ στρατιῇ καὶ "Πέρσῃσι μέγιστον κακόν· οὐ γὰρ δὴ, ἐμέ "γε ὧδε λωβησάμενος, καταπροΐξεται· ἐπί-"σταμαι δ' αὐτοῦ πάσας τὰς διεξόδους τῶν "βουλευμάτων." τοιαῦτα ἔλεγε.

ρνζ΄. Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ὁρέοντες ἄνδρα τῶν

---

hic dixisset se Zopyrum esse, et se ad illos transfugere, eum ad Babyloniorum magistratus deduxerunt. Ante quos ubi stetit Zopyrus, conditionem suam miserabatur, referens a Dario se passum quæ a semetipso passus erat; idque ob eam caussam quod suasisset illi discedere cum exercitu, quoniam nulla via ostenderetur urbis expugnandæ. At nunc, inquit, ad vos venio, Babylonii, futurus vobis maximo bono, Dario autem et copiis et Persis maximo malo. Neque enim quod ita me mutilavit feret impune, quum habeam exploratas omnes consiliorum ejus vias. Hæc Zopyrus commemorabat.

157. Quem Babylonii virum apud Persas spectatissimum cernentes naso atque auribus pri-

ἐν Πέρσῃσι δοκιμώτατον ῥινός τε καὶ ὤτων ἐστερημένον, μάστιξί τε καὶ αἵματι ἀναπεφυρμένον, πάγχυ ἐλπίσαντες λέγειν μιν ἀληθέα, καί σφι ἥκειν σύμμαχον, ἐπιτράπεσθαι ἕτοιμοι ἔσαν τῶν ἐδέετο σφέων· ἐδέετο δὲ στρατιῆς. ὁ δὲ, ἐπεί τε αὐτέων τοῦτο παρέλαβε, ἐποίεε τὰ περ τῷ Δαρείῳ συνεθήκατο· ἐξαγαγὼν γὰρ τῇ δεκάτῃ ἡμέρῃ τὴν στρατιὴν τῶν Βαβυλωνίων, καὶ κυκλωσάμενος τοὺς χιλίους, τοὺς πρώτους ἐνετείλατο Δαρείῳ τάξαι, τούτους κατεφόνευσε. μαθόντες δέ μιν οἱ Βαβυλώνιοι τοῖσι ἔπεσι τὰ ἔργα παρεχόμενον ὅμοια, πάγχυ περιχαρέες ἐόντες, πᾶν δὴ ἕτοιμοι ἔσαν ὑπηρετέειν. ὁ δὲ, διαλιπὼν ἡμέρας τὰς συγκειμένας, αὖτις ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων, ἐξήγαγε καὶ κατεφόνευσε τῶν Δαρείου στρα-

---

vatum, vibicibus ac sanguine conspersum, existimantes omnino vera eum loqui, et ad ipsos venire socium, parati erant ad committenda ei quæcunque postulabat. Postulabat autem copias militum: quod ubi ab illis accepit, perfecit ea quæ cum Dario constituerat. Siquidem decimo die eductis Babyloniorum copiis, mille Persas, quos collocari primos Dario mandarat, circumventos trucidavit. Eum Babylonii animadvertentes consentanea verbis facta præstare, majorem in modum lætabantur, parati omni in re homini parere. Iste rursus interjectis diebus de quibus erat conventum, cum delectis Babyloniorum egressus, duo millia Darii militum interfecit.

τιωτέων τοὺς δισχιλίους. ἰδόντες δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔργον οἱ Βαβυλώνιοι, πάντες Ζώπυρον εἶχον ἐν στόμασι αἰνέοντες. ὁ δὲ, αὖτις διαλιπὼν τὰς συγκειμένας ἡμέρας, ἐξήγαγε ἐς τὸ προειρημένον· καὶ κυκλωσάμενος κατεφόνευσε τοὺς τετρακισχιλίους. ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργαστο, πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, καὶ στρατάρχης τε οὗτός σφι καὶ τειχοφύλαξ ἀπεδέδεκτο.

ρνή. Προσβολὴν δὲ Δαρείου κατὰ τὰ συγκείμενα ποιευμένου πέριξ τὸ τεῖχος, ἐνθαῦτα δὴ πάντα τὸν δόλον ὁ Ζώπυρος ἐξέφαινε. οἱ μὲν γὰρ δὴ Βαβυλώνιοι ἀναβάντες ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἠμύνοντο τὴν Δαρείου στρατιὴν προσβάλλουσαν· ὁ δὲ Ζώπυρος τάς τε Κισσίας καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας ἀναπετάσας, ἐσῆκε τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος. τῶν δὲ Βαβυλω-

---

Babylonii cernentes hoc etiam opus, nihil aliud quam Zopyrum in ore omnes habere, laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus supersedens ad id quod prædixerat copias educit, circumventaque quatuor millia occidit: quo et ipso opere edito, Zopyrus omnia apud Babylonios erat, adeo ut et dux exercitus et murorum custos declararetur.

158. Ubi vero e composito Darius copias undique muris admovit, ibi Zopyrus dolum omnem patefecit: nam quum Babylonii conscenso muro copias Darii adorientes arcerent, ipse apertis portis quas Cissias ac Belidas vocant, Persas intra

νίων οἳ μὲν εἶδον τὸ ποιηθὲν, οὗτοι ἔφευγον ἐς τοῦ Διὸς τοῦ Βήλου τὸ ἱρόν· οἳ δὲ οὐκ εἶδον, ἔμενον ἐν τῇ ἑωϋτοῦ τάξι ἕκαστος, ἐς ὃ δὴ καὶ οὗτοι ἔμαθον προδεδομένοι.

ρνθ΄. Βαβυλὼν μέν νυν οὕτω τοδεύτερον αἱρέθη. Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο μὲν, σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέσπασε· τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα ἐποίησε τουτέων οὐδέτερον· τοῦτο δὲ, ὁ Δαρεῖος τῶν ἀνδρῶν τοὺς κορυφαίους μάλιστα ἐς τρισχιλίους ἀνεσκολόπισε, τοῖσι δὲ λοιποῖσι Βαβυλωνίοισι ἀπέδωκε τὴν πόλιν οἰκέειν. ὡς δ' ἕξουσι γυναῖκας οἱ Βαβυλωνίοισι ἵνα σφι γένεα ὑπογίνηται, τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε· τὰς γὰρ ἑωϋτῶν, ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται, ἀπέπνιξαν

---

murum introduxit. Ex Babyloniis, qui id factum videbant, alii quidem in templum Jovis Beli fugerunt: qui non videbant, hi in suo quisque loco permanserunt, donec et ipsi se proditos intellexerunt.

159. Ita Babylon iterum capta est; qua potitus Darius et muros ejus circumvertit, et portas omnes detraxit: quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidem a se captæ. Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixit, data ceteris venia urbem incolendi. Atque ut iidem uxores haberent unde succresceret suboles, providit; nam feminas proprias Babylonii, ut superius demonstratum est, rei frumentariæ consulentes, strangulaverant. Itaque Darius

οἱ Βαβυλώνιοι, τοῦ σίτου προορέοντες· ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι, ὅσασδὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων, ὥστε πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε. ἐκ τουτέων δὲ τῶν γυναικῶν οἱ νῦν Βαβυλώνιοι γεγόνασι.

ρξ΄. Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, οὔτε τῶν ὕστερον γενομένων, οὔτε τῶν πρότερον, ὅτι μὴ Κῦρος μοῦνος· τούτῳ γὰρ οὐδεὶς Περσέων ἠξίωσέ κω ἑωϋτὸν συμβαλέειν· πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι, ὡς βούλοιτο ἂν Ζώπυρον εἶναι ἀπαθέα τῆς ἀεικείης μᾶλλον, ἢ Βαβυλῶνάς οἱ εἴκοσι πρὸς τῇ ἐούσῃ προσγενέσθαι. ἐτίμησε δέ μιν μεγάλως· καὶ γὰρ δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου

---

vicinis circum populis negotium dedit, ut feminas Babylone exhiberent, injungens singulis numerum. In summa igitur quinquaginta millia feminarum convenerunt, ex quibus qui nunc sunt Babylonii originem duxerunt.

160. Zopyri autem factorum præstantiam nemo Persarum, Darii judicio, supergressus est, neque eorum qui prius, neque eorum qui posterius extiterunt, præter unum Cyrum: cui comparari nullus unquam Persarum dignum se existimavit. Fertur que Darius hoc dictum sæpenumero usurpasse, præoptaturum se, Zopyrum nihil esse cladis passum, quam viginti sibi Babylones ultra illam quam haberet acquiri. Egregie vero eum remuneratus est, cum dando quotannis dona, quæ apud Persas

ταῦτα τὰ Πέρσῃσι ἐστὶ τιμιώτατα, καὶ τὴν Βαβυλῶνά οἱ ἔδωκε ἀτελέα νέμεσθαι μέχρι τῆς ἐκείνου ζόης· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπέδωκε. Ζωπύρου δὲ τούτου γίνεται Μεγάβυζος, ὃς ἐν Αἰγύπτῳ ἀντία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε· Μεγαβύζου δὲ τούτου γίνεται Ζώπυρος, ὃς ἐς Ἀθήνας ηὐτομόλησε ἐκ Περσέων.

---

sunt honorificentissima, tum tradita Babylone immuni, quoad viveret, in peculiarem portionem; sed et alia multa insuper dedit. Hujus Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in Ægypto adversus Athenienses et socios: atque hujus Megabyzi filius Zopyrus ille, qui ad Athenienses transfugit a Persis.

ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΕΤΑΡΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

Μετὰ δὲ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις. ἀνθεύσης γὰρ τῆς Ἀσίης ἀνδράσι, καὶ χρημάτων μεγάλων συνιόντων, ἐπεθύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας, ὅτι ἐκεῖνοι πρότεροι ἐσβαλόντες ἐς τὴν

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARUM

LIBER QUARTUS,

QUI INSCRIBITUR

MELPOMENE.

Post Babylonis expugnationem, ipse Darius adversus Scythas expeditionem fecit. Nam quum floreret viris Asia et magno pecuniæ proventu, cupido incessit ei Scythas ulciscendi: quippe qui priores injuriam intulissent, quum Mediam ingres-

Μηδικὴν, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιουμένους, ὑπῆρξαν ἀδικίης. τῆς γὰρ ἄνω Ἀσίης ἦρξαν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, Σκύθαι ἔτεα δυῶν δέοντα τριήκοντα. Κιμμερίους γὰρ ἐπιδιώκοντες ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίην, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους· οὗτοι γὰρ, πρὶν ἢ Σκύθας ἀπικέσθαι, ἦρχον τῆς Ἀσίης. τοὺς δὲ Σκύθας ἀποδημήσαντας ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ διὰ χρόνου τοσούτου κατιόντας ἐς τὴν σφετέρην, ἐξεδέξατο οὐκ ἐλάσσων πόνος τοῦ Μηδικοῦ· εὗρον κὰρ ἀντιουμένην σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην· αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναῖκες, ὥς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν χρόνον πολλὸν, ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους.

β'. Τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι, τοῦ γάλακτος εἵνεκε τοῦ πίνουσι,

---

si essent, et eos qui restiterant, prœlio vicissent. Etenim Scythæ, quemadmodum et superius a me dictum est, duodetriginta annos superiori Asiæ imperitaverunt, siquidem persequentes gentem Cimmeriam, ingressi Asiam, abrogarunt imperium Medis, qui ante ipsorum adventum Asiam obtinuerant. Sed Scythas, quum octo et viginti annos peregre abfuissent, et post tantum temporis in patriam reverterentur, excepit non minor, quam Medicus fuerat, labor: offenderunt enim non exiguam militarem turbam sibi occurrentem. Uxores namque eorum, in diuturna virorum absentia cum servis consueverant.

2. Occœcant autem Scythæ servos omnes lactis gratia, quod

ποιεῦντες ὧδε· ἐπεὰν φυσσητῆρας λάβωσι ὀστεΐνους, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, τούτους ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσσῶσι τοῖσι στόμασι· ἄλλοι δὲ ἄλλων φυσσεόντων ἀμέλγουσι. φασὶ δὲ τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιέειν· τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσσεωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι. ἐπεὰν δὲ ἀμέλξωσι τὸ γάλα, ἐσχέαντες ἐς ξύλινα ἀγγήϊα κοῖλα, καὶ περιστίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς, δονέουσι τὸ γάλα. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ἐπιστάμενον ἀπαρύσαντες, ἡγεῦνται εἶναι τιμιώτερον· τὸ δ' ὑπιστάμενον, ἧσσον τοῦ ἑτέρου. τούτων μὲν εἵνεκα ἅπαντα τὸν ἂν λάβωσι οἱ Σκύθαι, ἐκτυφλοῦσι· οὐ γὰρ ἀρόται εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες.

γ'. Ἐκ τουτέων δὴ ὦν σφι τῶν δούλων καὶ τῶν γυναικῶν ἐτράφη νεότης· οἱ ἐπεί

---

potant, ita id facientes: Sufflatoria ossa fistulis simillima sumuntur, eaque genitalibus equarum imposita ore inflantur, aliis inflantibus, alii equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quod venæ equarum sufflatæ implentur et uber demittitur. Posteaquam emulxere lac, in cava vasa lignea diffundunt: et compungentes ad illa vasa cæcos lac agitant, cujus quod summum est delibatur, pretiosiusque habetur: vilius autem, quod subsidit. Hujus rei gratia Scythæ quemcunque capiunt, visu orbant, non enim agricolæ sunt, sed pastores.

3. Ex his igitur servis et uxoribus Scytharum educata est ju-

τε ἔμαθον τὴν σφετέρην γένεσιν, ἠντιοῦντο αὐτοῖσι κατιοῦσι ἐκ τῶν Μήδων. καὶ πρῶτα μὲν τὴν χώρην ἀπετάμοντο, τάφρον ὀρυξάμενοι εὐρέαν, κατατείνουσαν ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρέων ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη· μετὰ δὲ, πειρεομένοισι ἐσβάλλειν τοῖσι Σκύθῃσι ἀντικατιζόμενοι ἐμάχοντο. γινομένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ οὐ δυναμένων οὐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ, εἷς αὐτῶν ἔλεξε τάδε, " Οἷα ποιεῦμεν, ἄν-" δρες Σκύθαι; δούλοισι τοῖσι ἡμετέροισι μα-" χόμενοι, ἐλάσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα, " καὶ ἐκείνους κτείνοντες ἐλασσόνων τολοιπὸν " ἄρξομεν· νῦν ὦν μοι δοκέει αἰχμὰς μὲν " καὶ τόξα μετεῖναι, λαβόντα δὲ ἕκαστον " τοῦ ἵππου τὴν μάστιγα, ἰέναι ἆσσον αὐτῶν.

---

ventus, quæ suorum natalium conditione cognita, obviam perrexit iis quum reverterentur a Medis. Et primum quidem regionem intersepserunt ducendo latam fossam, quæ a Tauricis montibus pertinebat ad Mæotin paludem maximam: deinde Scythis introire conantibus castris contra positis repugnabant. Sæpe commissa pugna, quum nihil tamen Scythæ pugnando proficerent, unus ex eis inquit, Quidnam rei facimus, viri Scythæ? cum nostris ipsorum servis dimicantes, dum interficimur, pauciores efficimur: et illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur spiculis arcubusque omissis sumenda cuilibet flagella, quibus equos verberamus, et

" μέχρι μὲν γὰρ ὥρεον ἡμέας ὅπλα ἔχοντας,
" οἱ δὲ ἐνόμιζον ὁμοῖοί τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν
" εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωνται μάστιγας ἀντὶ
" ὅπλων ἔχοντας, μαθόντες ὡς εἰσι ἡμέτεροι
" δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο, οὐκ ὑπομε-
" νέουσι."

δ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι, ἐποίευν ἐπιτελέα· οἱ δ' ἐκπλαγέντες τῷ γινομένῳ τῆς μάχης τε ἐπελάθοντο, καὶ ἔφευγον. οὕτω οἱ Σκύθαι τῆς τε Ἀσίης ἦρξαν, καὶ ἐξελαθέντες αὖτις ὑπὸ Μήδων, κατῆλθον τρόπῳ τοιούτῳ ἐς τὴν σφετέρην. τῶνδε εἵνεκα ὁ Δαρεῖος τίσασθαι βουλόμενος, συνήγειρε ἐπ' αὐτοὺς στράτευμα.

ε'. Ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον· τοῦτο δὲ γε-

---

ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis, atque e similibus esse: ubi nos pro armis verbera tenere viderint, tunc se nostros servos esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt.

4. Hoc Scythæ quum audissent, ita sibi faciendum putaverunt. Qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam capesserunt. Ita Scythæ imperio fuerant Asiæ potiti: et rursus a Medis ejecti, ad patriam hunc in modum reversi. Hac de causa Darius ulciscendi cupidus, comparavit contra eos exercitum.

5. Scythæ gentem suam omnium novissimam esse aiunt, idque hoc modo extitisse. Virum

νέσθαι ὧδε· ἄνδρα γενέσθαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἐούσῃ ἐρήμῳ, τῷ οὔνομα εἶναι Ταργίταον· τοῦ δὲ Ταργιτάου τούτου τοὺς τοκέας λέγουσι εἶναι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, λέγουσι δ' ὦν, Δία τε καὶ Βορυσθένεος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. γένεος μὲν τοιούτου δή τινος γενέσθαι τὸν Ταργίταον· τούτου δὲ γενέσθαι παῖδας τρεῖς, Λειπόξαϊν, καὶ Ἀρπόξαϊν, καὶ νεώτατον Κολάξαϊν. ἐπὶ τούτων ἀρχόντων, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φερόμενα χρύσεα ποιήματα, ἄροτρόν τε καὶ ζυγὸν καὶ σάγαριν καὶ φιάλην, πεσέειν ἐς τὴν Σκυθικήν· καὶ τὸν ἰδόντα πρῶτον τὸν πρεσβύτατον ἆσσον ἰέναι, βουλόμενον αὐτὰ λαβεῖν· τὸν δὲ χρυσὸν, ἐπιόντος καίεσθαι. ἀπαλλαχθέντος δὲ τούτου, προσιέναι τὸν δεύτερον· καὶ τὸν αὖτις ταυτὰ ποιέειν· τοὺς μὲν δὴ καιόμενον τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι. τρίτῳ

---

quendam in hac terra, quum deserta esset, primum fuisse, nomine Targitaum, et ejus parentes dicunt esse, mihi quidem non credenda dicentes, dicunt tamen, Jovem, Borysthenisque fluvii filiam. Tali quidem genere ortum Targitaum: ejusque tres liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, et novissimum Colaxain. His regnantibus, ex cœlo in Scythicam regionem cecidisse ex auro facta, aratrum, jugum, securim, phialam. Quæ quum primus omnium vidisset natu maximus, accessisse prope animo illa sumendi: sed eo accedente, aurum arsisse: hoc digresso, secundum accessisse, et itidem aurum arsisse. Am-

δὲ τῷ νεωτάτῳ ἐπελθόντι κατασβῆναι, καί μιν ἐκεῖνον κομίσαι ἐς ἑωϋτοῦ· καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀδελφεοὺς πρὸς ταῦτα συγγνόντας, τὴν βασιληΐην πᾶσαν παραδοῦναι τῷ νεωτάτῳ.

ς΄. Ἀπὸ μὲν δὴ Λειποξάϊος γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἳ Αὐχάται γένος καλέονται· ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου Ἀρποξάϊος, οἵ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται· ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου αὐτέων, τοῦ βασιλῆος, οἳ καλέονται Παραλάται· σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους, τοῦ βασιλῆος ἐπωνυμίην· Σκύθας δὲ Ἕλληνες οὐνόμασαν.

ζ΄. Γεγονέναι μέν νύν σφεας ὧδε λέγουσι οἱ Σκύθαι· ἔτεα δέ σφι, ἐπεί τε γεγόνασι, τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλῆος Ταργιτάου ἐς τὴν Δαρείου διάβασιν

---

bobus ab ardenti auro summotis, quum minimus natu accederet tertius, aurum constitisse, et ab illo asportatum ad domum illius, eaque re majores fratris animadversa, totum regnum ad minimum detulisse.

6. Et a Lipoxai quidem progenitos esse Scythas, quorum genus Auchatæ appellatur: ab Arpoxai vero, qui medius fuit, eos qui Catiari et Traspies nominantur: a minimo autem natu rege, qui Paralatæ vocantur. Omnibus autem nomen esse Scolotis, regis cognomen, sed Scythas Græci appellavere.

7. Hunc in modum se extitisse Scythæ memorant, et ex quo extiterunt, a primo rege Targitao, usque ad Darii adversus ipsos transitum, annos omni-

τὴν ἐπὶ σφέας, χιλίων οὐ πλέω, ἀλλὰ τοσαῦτα. τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν ἱρὸν φυλάσσουσι οἱ βασιλῆες ἐς τὰ μάλιστα, καὶ θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος. ὃς δ' ἂν ἔχων τὸν χρυσὸν τὸν ἱρὸν ἐν τῇ ὁρτῇ ὑπαίθριος κατακοιμηθῇ, οὗτος λέγεται ὑπὸ Σκυθέων οὐ διενιαυτίζειν· δίδοσθαι δέ οἱ διὰ τοῦτο ὅσα ἂν ἵππῳ ἐν ἡμέρῃ μιῇ περιελάσῃ αὐτός. τῆς δὲ χώρης ἐούσης μεγάλης, τριφασίας τὰς βασιλήϊας τοῖσι παισὶ τοῖσι ἑωϋτοῦ καταστήσασθαι Κολάξαϊν· καὶ τουτέων μίην μεγίστην ποιῆσαι, ἐν τῇ τὸν χρυσὸν φυλάσσεσθαι. τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέ-

---

no mille non amplius, sed totidem fuisse. Aurum vero illud sacrum accuratissime custoditur a regibus, placantesque magnis sacrificiis, adeunt quotannis et qui aurum sacrum habens, die festo dormierit sub die, is ab Scythis nunquam perennare fertur: et ob id dari ipsi tantum soli quantum uno die vectus equo circumire potest. Quum autem regio sit ingens, Colaxain constituisse triplex filiis suis regnum: et in his unum maximum, ubi aurum asservatur. Quæ autem ad ventum aquilonem, ultra eos, qui supremi incolæ regionis sunt, dicunt non posse ulterius neque prospicere neque transire, propter fusas pennas.

ον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληΐοντα τὴν ὄψιν.

η΄. Σκύθαι μὲν ὧδε ὑπὲρ σφέων τε αὐτέων, καὶ τῆς χώρης τῆς κατύπερθε λέγουσι. Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες, ὧδε· Ἡρακλέα ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνεω βοῦς, ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην ἐοῦσαν ἐρήμην, ἥν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται. Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν ἔξω τοῦ Πόντου, κατοικημένον τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακληΐων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ· τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι ἀπὸ ἡλίου ἀνατολέων ἀρξάμενον, γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν, ἔργῳ δὲ οὐκ ἀποδεικνῦσι. ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην· καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χει-

---

Pennis enim tum terram, tum aërem oppletum esse: et has præpedire visum.

8. Hæc Scythæ pariter de seipsis ac de regione superiore narrant. At Græci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem, Geryonis vaccas agentem, in hanc pervenisse terram, quæ deserta esset, quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitasse extra Pontum, incolam insulæ, quam Græci Erythiam vocant prope Gades, quæ sunt extra columnas Herculis in Oceano. Oceanum vero, ab ortu solis incipientem, circumfluere terram omnem, verbis quidem affirmant, sed re tamen non demonstrant. Herculem illinc in regionem quæ nunc Scythia vocatur ve-

μῶνά τε καὶ κρυμόν· ἐπειρυσάμενον δὲ τὴν λεοντῆν, κατυπνῶσαι· τὰς δέ οἱ ἵππους τὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἀφανισθῆναι θείῃ τύχῃ.

θ'. Ὡς δ' ἐγερθῆναι τὸν Ἡρακλέα, δίζησθαι· πάντα δὲ τὰ τῆς χώρης ἐπεξελθόντα, τέλος ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ὑλαίην καλεομένην γῆν· ἐνθαῦτα δὲ αὐτὸν εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ μιξοπάρθενόν τινα Ἐχιδνὰν διφυέα· τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, εἶναι γυναικός· τὰ δὲ ἔνερθεν, ὄφιος. ἰδόντα δὲ καὶ θωϋμάσαντα, ἐπείρεσθαί μιν εἴ κου ἴδοι ἵππους πλανωμένας· τὴν δὲ φάναι ἑωϋτὴν ἔχειν, καὶ οὐκ ἀποδώσειν ἐκείνῳ πρὶν ἤ οἱ μιχθῆναι· τὸν δὲ Ἡρακλέα μιχθῆναι ἐπὶ τῷ μισθῷ τούτῳ· κείνην τε δὴ ὑπερβαλέσθαι τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἵππων, βου-

---

nisse, adducta sibi pelle leonis obdormisse, deprehenderat enim eum hiemans tempestas et gelu, et equas ejus a curru pascentes medio tempore divina sorte non comparuisse.

9. Eas experrectus quum indagaret, omnem regionem perlustrans, tandem in terram quæ dicitur Hylæa devenisse; ibique in antro quandam invenisse virginem mixtæ naturæ, Echidnam geminam: superne quidem, natium tenus, feminam; inferius autem serpentis. Eam conspicatum Herculem atque admiratum, interrogasse nuncubi equas errabundas vidisset; Illamque respondisse, Se illas habere, sed non prius reddituram ei, quam cum ipsa coiisset: Herculem pro ea mercede cum

λομένην ὡς πλεῖστον χρόνον συνεῖναι τῷ Ἡρακλέϊ· καὶ τὸν, κομισάμενον, ἐθέλειν ἀπαλλάσσεσθαι· τέλος δὲ, ἀποδιδοῦσαν αὐτὴν εἰπεῖν, "Ἵππους μὲν δὴ ταύτας ἀπικομένας ἐνθάδε, "ἔσωσά τοι ἐγώ· σῶστρά τε σὺ παρέσχες· "ἐγὼ γὰρ ἐκ σεῦ τρεῖς παῖδας ἔχω· τού-"τους, ἐπεὰν γένωνται τρόφιες, ὅ, τι χρὴ "ποιέειν, ἐξηγέο σύ· εἴτε αὐτοῦ κατοικίζω, "χώρης γὰρ τῆσδε ἔχω τὸ κράτος αὐτὴ, "εἴτε ἀποπέμπω παρὰ σέ." τὴν μὲν δὴ ταῦτα ἐπειρωτᾷν· τὸν δὲ λέγουσι πρὸς ταῦτα εἰπεῖν, "Ἐπεὰν ἀνδρωθέντας ἴδηαι τοὺς παῖ-"δας, τάδε ποιεῦσα οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις· τὸν "μὲν ἂν ὁρᾷς αὐτέων τόδε τὸ τόξον ὧδε δια-"τεινόμενον, καὶ τῷ ζωστῆρι τῷδε κατὰ τάδε "ζωννύμενον, τοῦτον μὲν τῆσδε τῆς χώρης

---

illa concubuisse. Sed quum illa differret reddere equas, cupida diutissime cum Hercule concumbendi, at hic cuperet receptis equis abire, ad postremum illis redditis eam dixisse, Has ego tibi equas, quæ huc venerant, servavi: tu earum servatarum pretium solvisti. Concepi enim ex te filios tres: qui ubi adoleverint, expone quid facere debeam; utrum hic præbeo domicilium, nam sola hujus regionis imperium teneo, an ad te mitto? Hæc percontatæ respondisse, Posteaquam eos in virilem ætatem adolevisse videris, si ita facies non delinques: quem animadverteris eorum hunc arcum ita tendentem, et hoc balteo ita præcinctum, eum tu hujus regionis incolam effice:

" οἰκήτορα ποιεῦ· ὃς δ' ἂν τουτέων τῶν ἔργων
" τῶν ἐντέλλομαι λίπηται, ἔκπεμπε ἐκ τῆς
" χώρης. καὶ ταῦτα ποιεῦσα, αὐτή τε εὐ-
" φρανέεαι, καὶ τὰ ἐντεταλμένα ποιήσεις."

ί. Τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τῶν τόξων τὸ ἕτερον, δύο γὰρ δὴ φορέειν τέως Ἡρακλέα, καὶ τὸν ζωστῆρα προσδέξαντα, παραδοῦναι τὸ τόξον τε καὶ τὸν ζωστῆρα, ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμβολῆς φιάλην χρυσέην· διδόντα δὲ, ἀπαλλάσσεσθαι. τὴν δ', ἐπεί οἱ γενομένους τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μέν σφι οὐνόματα θέσθαι· τῷ μὲν, Ἀγάθυρσον, αὐτέων· τῷ δ' ἑπομένῳ, Γελωνόν· Σκύθην δὲ, τῷ νεωτάτῳ· τοῦτο δὲ, τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένην αὐτὴν, ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα. καὶ δὴ δύο μὲν τῶν παίδων τόν τε Ἀγάθυρσον καὶ τὸν

---

qui autem his operibus, quæ mando, non erit par, eum hinc ablegabis. Hæc exequendo et ipsa lætaberis, et præceptis meis obtemperabis.

10, Atque ita quidem Herculem, postquam adduxit alterum arcum, duos enim hucusque gestabat, et balteum insuper monstrasset, illi tradidisse et arcum et balteum, qui balteus in extrema commissura haberet auream phialam: et his donatis abiise. Illam pueris natis quum in virilem ætatem adoleverunt, partim nomina imposuisse, uni, Agathyrso; sequenti, Gelono; minimo, Scythæ: partim eandem mandatorum memorem illa peregisse: et duos quidem filiorum, Agathyrsum ac Gelonum, qui proposito certamini

Γελωνὸν οὐκ οἵους τε γενομένους ἐξικέσθαι πρὸς τὸν πρόκειμενον ἄεθλον, οἴχεσθαι ἐκ τῆς χώρης, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῆς γειναμένης· τὸν δὲ νεώτατον αὐτέων Σκύθην ἐπιτελέσαντα, καταμεῖναι ἐν τῇ χώρῃ. καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω τοῦ Ἡρακλέος γενέσθαι τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γινομένους Σκυθέων· ἀπὸ δὲ τῆς φιάλης, ἔτι καὶ ἐς τόδε φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν Σκύθας· τὸ δὴ μοῦνον μηχανήσασθαι τὴν μητέρα Σκύθῃ. ταῦτα δὲ Ἑλλήνων οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες λέγουσι.

ιά. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἔχων ὧδε, τῷ μάλιστα λεγομένῳ αὐτὸς πρόσκειμαι· Σκύθας τοὺς νομάδας, οἰκέοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ, πολέμῳ πιεσθέντας ὑπὸ Μασσαγετέων, οἴχεσθαι διαβάντας ποταμὸν Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην· τὴν γὰρ νῦν νέμονται

---

non suffecissent, a matre ablegatos e regione excessisse: Scytham vero minimum natu qui rem complesset, ibidem remansisse: et ab illo Scytha Herculis *filio* progeneratos, qui deinceps fuerint reges Scytharum: ab illa autem phiala, Scythas ad hanc usque ætatem phialas in balteis ferre: et id solum Scythæ matrem excogitasse. Hæc Græci qui habitant in Ponto referunt.

11. Fertur et alius sermo ita habens, cui ipse præcipue assentior: Scythas Nomadas, qui Asiam incolunt, quum a Massagetis bello vexarentur, Araxe transmisso, in Cimmeriam abiisse, nam regio quam nunc

Σκύθαι, αὕτη λέγεται τοπαλαιὸν εἶναι Κιμμερίων· τοὺς δὲ Κιμμερίους, ἐπιόντων Σκυθέων, βουλεύεσθαι, ὡς στρατοῦ ἐπιόντος μεγάλου· καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐντόνους μὲν ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλήων· τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν· τὴν δὲ τῶν βασιλήων, διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρης τοῖσι ἐπιοῦσι. οὔκων δὴ ἐθέλειν πείθεσθαι οὔτε τοῖσι βασιλεῦσι τὸν δῆμον, οὔτε τῷ δήμῳ τοὺς βασιλῆας. τοὺς μὲν δὴ ἀπαλλάσσεσθαι βουλεύεσθαι ἀμαχητὶ, τὴν χώρην παραδόντας τοῖσι ἐπιοῦσι· τοῖσι δὲ βασιλεῦσι δόξαι ἐν τῇ ἑωϋτῶν κέεσθαι ἀποθανόντας, μηδὲ συμφεύγειν τῷ δήμῳ· λογισαμένους ὅσα τε ἀγαθὰ πε-

---

Scythæ incolunt, ea fertur olim fuisse Cimmeriorum. Sed invadentibus Scythis Cimmerios, quum deliberarent, tanquam magno irruente exercitu, in sententia diversos fuisse; utraque quidem rigida, sed regum meliore, nam populum quidem sensisse consultius fore, si excederent, neque quod precabantur, contra plures periclitarentur: at reges, pro regione cum invasoribus dimicandum. Ita quum neutris alteri obtemperare vellent, et populus consilium caperet sine prœlio demigrandi, tradita invadentibus regione; reges vero, in sua potius patria occumbentes jacere, nec una cum plebe fugiendum censuisse, quot bona habuissent, et quot mala evidentia habituri essent

πόνθασι, καὶ ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει. ὡς δὲ δόξαι σφι ταῦτα, διαστάντας, καὶ ἀριθμὸν ἴσους γενομένους, μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους· καὶ τοὺς μὲν, ἀποθανόντας πάντας ὑπ' ἑωϋτῶν, θάψαι τὸν δῆμον τῶν Κιμμερίων παρὰ ποταμὸν Τύρην· καί σφεων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος· θάψαντας δὲ, οὕτω τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρης ποιέεσθαι. Σκύθας δὲ ἐπελθόντας, λαβεῖν ἐρήμην τὴν χώρην.

ιβ'. Καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ Πορθμήϊα Κιμμέρια· ἔστι δὲ καὶ χώρη οὔνομα Κιμμερίη· ἔστι δὲ Βόσπορος, Κιμμέριος καλεόμενος. φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι φεύγοντες ἐς τὴν Ἀσίην τοὺς Σκύθας, καὶ τὴν Χερσόνησον κτίσαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπη πόλις Ἑλλὰς οἴκισται.

---

patria profugi, reputantes: hæc illos sentientes, dissedisse et inter se decertasse, utrosque numero pares: et omnes qui ab popularibus essent occisi, fuisse a populo Cimmeriorum sepultos ad flumen Tyren: et eorum adhuc sepulcrum manifestum est. Sepultis his, illum e regione migrasse: quam desertam supervenientes Scythas occupavisse.

12. Extantque adhuc in Scythia tum muri Cimmerii, tum Porthmia Cimmeria, tum regio nomine Cimmeria est, et Bosporus, qui Cimmerius appellatur. Constat autem Cimmerios in Asiam fugisse Scythas, et Chersonesum condidisse, ubi

φανεροὶ δὲ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι διώξαντες αὐτοὺς, καὶ ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Μηδικὴν, ἁμαρτόντες τῆς ὁδοῦ. οἱ μὲν γὰρ Κιμμέριοι αἰεὶ τὴν παρὰ θάλασσαν ἔφευγον· οἱ δὲ Σκύθαι, ἐν δεξιῇ τὸν Καύκασον ἔχοντες, ἐδίωκον. ἐς ὃ ἐσέβαλον ἐς τὴν Μηδικὴν γῆν, ἐς μεσόγαιαν τῆς ὁδοῦ τραφθέντες.

ιγ'. Οὗτος δὲ ἄλλος ξυνὸς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λεγόμενος λόγος εἴρηται. ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καυστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος, ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, φοιβόλαμπτος γενόμενος· Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνοφθάλμους· ὑπὲρ δὲ τουτέων, τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας· τουτέων δὲ, τοὺς Ὑπερβορέους, κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν. τούτους ὦν πάντας πλὴν Ὑπερ-

---

nunc Sinope Græca urbs sita est. Apparet etiam Scythas in persequendis illis Mediam intrasse, via aberrantes, nam Cimmerii quidem fugientes, iter semper juxta mare tenebant: Scythæ autem ad dexteram Caucasum habentes, eos insequebantur, donec ingressi sunt Mediam, itinere in mediterranea converso.

13. Alia quoque fertur communis Græcorum barbarorumque narratio: Aristeas quidam Proconnesius, versificator, Caustrobii filius, memoravit se Phœbo instinctum venisse ad Issedonas: supra hos incolere Arimaspos, viros unoculos: et item supra hos esse grypas, qui aurum asservent; ac super hos esse Hyperboreos, ad mare pertinentes. Hos autem omnes, præter Hyperboreos, Arimaspis autoribus, assidue fi-

βορέων, ἀρξάντων Ἀριμασπῶν, αἰεὶ τοῖσι πλησιοχώροισι ἐπιτίθεσθαι· καὶ ὑπὸ μὲν Ἀριμασπῶν ἐξωθέεσθαι ἐκ τῆς χώρης Ἰσσηδόνας· ὑπὸ δὲ Ἰσσηδόνων, Σκύθας. Κιμμερίους δὲ οἰκέοντας ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ, ὑπὸ Σκυθέων πιεζομένους, ἐκλείπειν τὴν χώρην. οὕτω δὴ οὐδὲ οὗτος συμφέρεται περὶ τῆς χώρης ταύτης Σκύθῃσι.

ιδ'. Καὶ ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης ὁ ταῦτα εἴπας, εἴρηται· τὸν δὲ περὶ αὐτοῦ ἤκουον λόγον ἐν Προκοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ, λέξω. Ἀριστέην γὰρ λέγουσι, ἐόντα τῶν ἀστῶν οὐδενὸς γένος ὑποδεέστερον, ἐσελθόντα ἐς κναφήϊον ἐν Προκοννήσῳ, ἀποθανεῖν· καὶ τὸν κναφέα κατακληΐσαντα τὸ ἐργαστήριον, οἴχεσθαι ἀγγελέοντα τοῖσι προσήκουσι τῷ νεκρῷ. ἐσκεδασμένου δὲ ἤδη τοῦ λόγου ἀνὰ τὴν πόλιν ὡς τεθ-

nitimis bellum inferre, et ab Arimaspis exterminari Issedones, ab Issedonibus Scythas: a Scythis autem vexatos Cimmerios, qui ad australe mare incolebant, regionem relinquere. Itaque ne Aristeas quidem cum Scythis de ea regione consentit.

14. Qui unde fuerit, qui hæc retulit, dictum est: sed a me dicetur item, quidnam de eodem viro in Proconneso et Cyzico audierim. Aristeam enim aiunt, quum nullo suæ civitatis esset inferior genere, ingresssum in Proconneso fullonicam officinam, decessisse: fullonemque occlusa officina, abisse denunciatum rem propinquis defuncti.

νηῶς εἴη ὁ Ἀριστέης, ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικνέεσθαι ἄνδρα Κυζικηνὸν, ἥκοντα ἐξ Ἀρτακίης πόλιος, φάντα συντυχεῖν τέ οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, καὶ ἐς λόγους ἀπικέσθαι. καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν· τοὺς δὲ προσήκοντας τῷ νεκρῷ ἐπὶ τὸ κναφήϊον παρεῖναι, ἔχοντας τὰ πρόσφορα, ὡς ἀναιρησομένους. ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ οἰκήματος, οὔτε τεθνεῶτα, οὔτε ζῶντα φαίνεσθαι Ἀριστέην. μετὰ δὲ, ἑβδόμῳ ἔτεϊ φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον, ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα τὰ νῦν ὑπ' Ἑλλήνων Ἀριμάσπεα καλέεται· ποιήσαντα δὲ, ἀφανισθῆναι τοδεύτερον. ταῦτα μὲν αἱ πόλιες αὗται λέγουσι.

ιε'. Τάδε δὲ οἶδα Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ συγκυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν

Dissipatoque jam per urbem rumor Aristeam esse vita functum, in quæstiones hoc affirmantibus quendam venisse Cyzicenum, ex urbe Artace profectum, qui diceret sibi occurrisse eunti Cyzicum, ac fuisse colloquutum. Et quum id iste contendendo asseveraret, propinquos mortui ad fullonicam præsto fuisse, habentes quæ ad efferendos homines expediunt: sed aperta domo, Aristeam nec mortuum nec vivum comparuisse; septimoque deinde anno, quum in Proconneso comparuisset, eos versus fecisse, qui nunc a Græcis Arimaspei vocantur; quibus conditis, rursus evanuisse. Hæc quidem istæ civitates commorant.

15. Sed hæc ego novi evenisse Metapontinis, qui sunt in Italia, trecentis et quadraginta

δευτέρην Ἀριστέω ἔτεσι τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίοισι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ἐν Προκοννήσῳ τε καὶ Μεταποντίῳ εὕρισκον. Μεταποντῖνοί φασι αὐτὸν Ἀριστέην φανέντα σφι ἐς τὴν χώρην, κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλλωνι ἱδρύσασθαι, καὶ Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου ἐπωνυμίην ἔχοντα ἀνδριάντα παρ' αὐτὸν ἱστάναι· φάναι γάρ σφι τὸν Ἀπόλλωνα Ἰταλιωτέων μούνοισι δὴ ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης· τότε δὲ ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ. καὶ τὸν μὲν, εἴπαντα ταῦτα, ἀφανισθῆναι· σφέας δὲ Μεταποντῖνοι λέγουσι ἐς Δελφοὺς πέμψαντας, τὸν θεὸν ἐπειρωτᾷν ὅ, τι τὸ φάσμα τοῦ ἀνθρώπου εἴη. τήν τε Πυθίην σφέας κελεύειν πείθεσθαι τῷ φάσματι· πειθομένοισι δὲ, ἄμεινον συνοίσεσθαι.

annis post secundum recessum Aristeæ, quemadmodum conjiciens et in Proconneso et apud Metapontinos inveni. Metapontini enim aiunt ipsum Aristeam, quum in regione ipsorum apparuisset, jussisse aram Apollini exstrui, et juxta eam erigi statuam, quæ cognomen Aristeæ Proconnesii haberet: dixisse enim ipsis Italiotarum solis Apollinem in regionem venisse, et se illum assectari, qui nunc Aristeas esset; tum vero quum deum assectaretur, corvum fuisse: et istum hæc loquutum evanuisse. Eoque aiunt Metapontini se Delphos misisse sciscitatum ex Deo, quodnam illud hominis esset spectrum, sibique præcepisse Pythiam ut dicto audientes illi essent, meli-

καί σφεας δεξαμένους ταῦτα, ποιῆσαι ἐπιτελέα. καὶ νῦν ἕστηκε ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων Ἀριστέω, παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος· πέριξ δὲ αὐτῶν δάφναι ἑστᾶσι· τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν τῇ ἀγορῇ ἵδρυται. Ἀριστέω μέν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω.

ιϛ΄. Τῆς δὲ γῆς, τῆς πέρι ὅδε ὁ λόγος ὥρμηται λέγεσθαι, οὐδεὶς οἶδε ἀτρεκὲς ὅ, τι τὸ κατύπερθέ ἐστι· οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, τοῦπερ ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην, οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων, ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἔπεσι ποιέων, ἔφησε ἀπικέσθαι· ἀλλὰ τὰ κατύπερθε ἔλεγε ἀκοῇ, φὰς Ἰσσηδόνας εἶναι τοὺς ταῦτα λέγοντας. ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότα-

---

us enim cum ipsis actum iri, si parerent. Se igitur hæc admittentes perfecisse. Et nunc statua extat cognomine Aristeæ, juxta statuam ipsam Apollinis, in foro extructam, circumstantibus in orbem lauris. Hæc de Aristea hactenus.

16. Regione autem, de qua hic sermo dicere instituit, quidnam sit ulterius, nemo exploratum habet, neque enim id inquirere ab aliquo potui, qui se diceret nosse quod ipse vidisset; sicut nec ullum Aristeas, cujus paulo ante ista feci mentionem, neque iste in iis, quos fecit, versibus, ait se ultra Issedones processisse: sed ulteriora fatebatur auditu, testatus Issedones illa commemorare. Verum a nobis, quoad longissime auditu pe-

τον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, πᾶν εἰρήσεται.

ιζ'. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου, τοῦτο γὰρ τῶν παραθαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς Σκυθίης, ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται, ἐόντες Ἕλληνες Σκύθαι· ὑπὲρ δὲ τούτων, ἄλλο ἔθνος, οἳ Ἀλαζῶνες καλέονται. οὗτοι δὲ καὶ οἱ Καλλιπίδαι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταὐτὰ Σκύθῃσι ἐπασκέουσι· σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι, καὶ σιτέονται καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα καὶ φακοὺς καὶ κέγχρους. ὑπὲρ δὲ Ἀλαζώνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες, οἱ οὐκ ἐπὶ σιτήσει σπείρουσι τὸν σῖτον, ἀλλ' ἐπὶ πρήσει. τουτέων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί. Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἔρημος ἀνθρώπων ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν.

---

netrare liquide potuimus, omne referetur.

17. Ab emporio Borysthenitarum, hoc enim ex maritimis totius Scythiæ est maxime medium, ab eo primi incolunt Callipidæ, qui sunt Græci Scythæ, super hos alia gens, qui vocantur Alazones. Horum utrique in ceteris servant ritum Scytharum; sed frumentum serunt, eoque vescuntur, et cæpe et alio et lente et milio. Supra Alazones autem incolunt Scythæ aratores, qui non ad edendum serunt triticum, sed ad vendendum. Supra hos incolunt Neuri: quorum tractus qui ad aquilonem vergit, quantum nos scimus, ab hominibus desertus est. Atque hæ quidem nationes juxta flumen Hypanin colunt, ad

ταῦτα μὲν παρὰ τὸν Ὕπανιν ποταμόν ἐστι ἔθνεα πρὸς ἑσπέρης τοῦ Βορυσθένεος.

ιή. Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης, ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. οὗτοι ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται τὸ μὲν πρὸς τὴν ἕω, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ, κατήκοντες ἐπὶ ποταμὸν τῷ οὔνομα κεῖται Παντικάπης· τὸ δὲ πρὸς βορῆν ἄνεμον, πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων ἕνδεκα. ἤδη δὲ κατύπερθε τούτων ἐρημός ἐστι ἐπιπολλόν. μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον, καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν. τὸ δὲ τούτων κατύπερθε, ἔρημος ἤδη ἀλη-

---

occidentalem partem Borysthenis.

18. Verum transmisso Borysthene a mari prima est Hylæa: dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci, qui ad Hypanin incolunt, Borysthenitas appellant, ipsi vero se Olbiopolitas. Hi igitur agricolæ Scythæ colunt quidem quod patet ad auroram trium dierum iter pertinentes ad flumen nomine Panticapem: quod vero ad ventum aquilonem, undecim dierum navigatione per Borysthenem: tractus autem ulterior his, in multum sane spatii desertus est. Ultra quam solitudinem habitant Androphagi, *id est, virorum carne vescentes*, separata natio, ac nequaquam Scythica. At supra hos deserta jam procul

θέως, καὶ ἔθνος ἀνθρώπων οὐδὲν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν.

ιθ΄. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἕω γεωργῶν τούτων Σκυθέων, διαβάντι τὸν Παντικάπην ποταμόν, Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμονται, οὔτε τι σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες· ψιλὴ δὲ δενδρέων πᾶσα αὕτη γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης· οἱ δὲ Νομάδες οὗτοι τὸ πρὸς τὴν ἕω, ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν νέμονται χώρην κατατείνουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέῤῥον.

κ΄. Πέρην δὲ τοῦ Γέῤῥου ταῦτα δὴ τὰ καλεύμενα Βασιλήϊά ἐστι, καὶ Σκύθαι οἱ ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι· καὶ τοὺς ἄλλους νομίζοντες Σκύθας, δούλους σφετέρους εἶναι· κατήκουσι δὲ οὗτοι τὸ μὲν πρὸς μεσαμβρίην, ἐς τὴν Ταυρικήν· τὸ δὲ πρὸς ἠῶ, ἐπί τε τά-

---

dubio omnia, nec ulla hominum gens, quantum nos scimus

19. Quæ vero ad latus orientale horum Scytharum, qui agricolæ sunt, plaga adjacet, transmisso flumine Panticape, Scythæ jam Nomades *id est pastorii*, incolunt, neque serentes quicquam neque arantes. Nuda autem arboribus est omnis hæc plaga præter Hylæam. Nomades autem isti incolunt spatium quatuordecim dierum itineris, auroram versus, ad Gerrhum usque flumen.

20. Trans Gerrhum autem sunt ea quæ vocantur regia, et Scythæ optimi pariter et plurimi, et qui suos servos esse ceteros Scythas arbitrantur; a meridie quidem ad Tauricam regionem pertinentes, ab aurora

φρον, τὴν δὴ οἱ ἐκ τῶν τυφλῶν γενόμενοι ὤρυξαν, καὶ ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον, τὸ καλέεται Κρημνοί· τὰ δὲ αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν ἄνεμον τῶν βασιληΐων Σκυθέων οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο ἔθνος, καὶ οὐ Σκυθικόν. Μελαγχλαίνων δὲ τὸ κατύπερθε, λίμναι, καὶ ἔρημός ἐστι ἀνθρώπων, κατόσον ἡμεῖς ἴδμεν.

κα΄. Τάναϊν δὲ ποταμὸν διαβάντι, οὐκέτι Σκυθική, ἀλλ᾽ ἡ μὲν πρώτη τῶν λαξίων, Σαυροματέων ἐστὶ, οἳ ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι τῆς Μαιήτιδος λίμνης, νέμονται τὸ πρὸς βορέην ἄνεμον, ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδὸν, πᾶσαν ἐοῦσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ ἡμέρων δενδρέων· ὑπεροικέουσι δὲ τουτέων δευτέρην λάξιν ἔχον-

---

vero ad fossam quam duxerunt illi qui e cæcis geniti fuerunt: et ad emporium paludis Mæotidis, quod vocatur Cremni, sed eorum alia ad flumen Tanain porriguntur. At superiora ad ventum aquilonem Scythis regiis, incolunt Melanchlæni, alia gens non Scythica; et supra Melanchlænos paludes sunt, et deserta hominibus regio, quantum nos scimus.

21. Trans flumen autem Tanain non amplius regio Scythica, sed prima quidem portionum est Sauromatarum, qui a recessu Mæotidis paludis incipientes, incolunt tractum qui spectat aquilonem, iter dierum quindecim, vacuum prorsus arboribus tam agrestibus quam mitibus. Supra hos habitant secundam portionem tenentes Budini, terram colentes totam omni arborum gen-

τες Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ.

κβ΄. Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν, ἔστι πρώτη μὲν ἔρημος, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδόν· μετὰ δὲ τὴν ἔρημον ἀποκλίναντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, νέμονται Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον· ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης. συνεχέες δὲ τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι κατοικημένοι εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰύρκαι· καὶ οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε· λοχᾷ ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς· τὰ δέ ἐστι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην· ἵππος δὲ ἑκάστῳ δεδιδαγμένος ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι, ταπεινότητος εἵνεκα· ἕτοιμός ἐστι καὶ κύων· ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου, τοξεύσας, ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, διώκει· καὶ ὁ κύων ἔχεται. ὑπὲρ δὲ τούτων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε-

---

ere spissam. Supra Budinos ad aquilonem statim excipit solitudo octo dierum itineris.

22. Post hanc solitudinem declinanti magis ad ventum subsolanum, incolunt Thyssagetæ, natio copiosa et propria, et e venatu victitans. His contigui, in eisdem habitantes locis sunt, quibus nomen inditum est Iyrcæ, et ipsi e venatione victitantes, hunc in modum: Conscensis arboribus, quæ per omnem regionem frequentes sunt, insidiantur, singulis autem adest equus, in ventrem procumbere edoctus, humilius subsidendi gratia: est in promptu et canis. Ubi quis igitur ab arbore feram viderit, sagittaque percusserit, conscenso

τετραμμένον οἰκέουσι Σκύθαι ἄλλοι, ἀπὸ τῶν βασιληΐων Σκυθέων ἀποστάντες, καὶ οὕτω ἀπικόμενοι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον.

κγ΄. Μέχρι μὲν δὴ τῆς τούτων τῶν Σκυθέων χώρης, ἔστι ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα, πεδιάς τε γῆ καὶ βαθύγεως· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, λιθώδης τ' ἐστὶ καὶ τρηχέη. διεξελθόντι δὲ καὶ τῆς τρηχέης χῶρον πολλὸν, οἰκέουσι ὑπώρεαν οὐρέων ὑψηλῶν ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροὶ ἐκ γενεῆς γινόμενοι, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι ὁμοίως, καὶ σιμοί· καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα· φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες· ἐσθῆτι δὲ χρεόμενοι Σκυθικῇ· ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων. Ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ ἀπὸ τοῦ ζῶσι, μέγαθος δὲ κατὰ συκέην μάλιστά κῃ· καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ ἴσον, πυ-

---

equo illam persequitur, et canis adhæret. Super hos regionem auroram versus incolunt alii Scythæ, qui a regiis Scythis deficientes, ita in hunc locum pervenerunt.

23. Ad hos usque Scythas regio omnis Scythica est campestris, et profundi soli: reliqua dehinc lapidosa atque salebrosa. Cuius regionis magno transmisso spatio, incolunt ad excelsorum montium radicem homines, qui ab ipso natali dicuntur esse calvi, mares pariter et feminæ, simis quoque naribus, et ingenti mento; propriam vocem edentes, sed Scythicam gestantes vestem: ex arboribus victitantes, cui arbori nomen est Ponticum, magnitudo fere eadem quæ fico, fructus fabæ instar, nucleum habens. Id ubi maturuerit, vestibus excolant, et quod ab eo crassum

ρῆνα δὲ ἔχει· τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι· ἀποῤῥέει δ' ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν· οὔνομα δὲ τῷ ἀποῤῥέοντί ἐστι ἄσχυ· τοῦτο καὶ λείχουσι, καὶ γάλακτι συμμίσγοντες πίνουσι· καὶ ἀπὸ τῆς παχύτητος αὐτοῦ τῆς τρυγὸς παλάθας συντιθέασι, καὶ ταύτας σιτέονται. πρόβατα γάρ σφι οὐ πολλά ἐστι· οὐ γάρ τι σπουδαῖαι νομαὶ αὐτόθι εἰσί. ὑπὸ δενδρέῳ δὲ ἕκαστος κατοίκηται, τὸν μὲν χειμῶνα, ἐπεὰν τὸ δένδρεον περικαλύψῃ πίλῳ στεγνῷ λευκῷ· τὸ δὲ θέρος, ἄνευ πίλου. τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι· οὐδέ τι ἀρήϊον ὅπλον ἐκτέαται· καὶ τοῦτο μὲν, τοῖσι περιοικέουσι οὗτοί εἰσι οἱ τὰς διαφορὰς διαιρέοντες· τοῦτο δὲ, ὃς ἂν καταφεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται· οὔνομα δέ σφί ἐστι Ἀργιππαῖοι.

---

et nigrum defluit, nomine aschy, id et lingunt, et lacte commixtum potant, ex ipsius quoque crassitudine fæcis massas componunt et edunt. Neque enim multum est eis pecorum utpote non sunt ibi pascua serio culta. Sub arbore quisque habitat: per hyemem quidem, ubi arborem pileo albo firmoque contexerint; per æstatem vero, sine hoc pileo. His nemo mortalium injuriam infert, sacri enim dicuntur esse: nihilque Martiorum armorum possident. Et partim quidem hi sunt, qui finitimorum controversias dirimunt; partim vero quisquis exulans ad eos confugit, is a nemine læditur. Nomen eis est Argippæi.

κδ΄. Μέχρι μέν νυν τῶν φαλακρῶν τουτέων, πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστὶ, καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐθνέων· καὶ γὰρ Σκυθέων τινὲς ἀπικνέονται ἐς αὐτοὺς, τῶν οὐ χαλεπόν ἐστι πυθέσθαι, καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐκ Βορυσθένεός τε ἐμπορίου καὶ τῶν ἄλλων Ποντικῶν ἐμπορίων. Σκυθέων δὲ οἳ ἂν ἔλθωσι ἐς αὐτοὺς, δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται.

κε΄. Μέχρι μὲν δὴ τουτέων γινώσκεται· τὸ δὲ τῶν φαλακρῶν κατύπερθε οὐδεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι· οὔρεα γὰρ ὑψηλὰ ἀποτάμνει ἄβατα, καὶ οὐδείς σφεα ὑπερβαίνει· οἱ δὲ φαλακροὶ οὗτοι λέγουσι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, οἰκέειν τὰ οὔρεα αἰγίποδας ἄνδρας· ὑπερβάντι δὲ τούτους, ἄλλους ἀνθρώπους, οἳ

---

24. Ad hos usque calvos ingens circumcirca prospectus est regionis et gentium, quæ in anterioribus sunt. Nam et Scytharum nonnulli ad eos commeant, quos non difficile est sciscitari ; atque etiam Græcos ex emporio Borysthenis atque aliis Ponticis emporiis. Ex Scythis vero qui ad eos commearint, per septem interpretes totidemque linguas sua peragunt.

25. Horum tenus notitia rerum habetur, at quod supra illos calvos est, nemo pro comperto referre potest, nam montes editi inaccessi præcidunt, et eos nemo transcendit. Isti tamen calvi referunt, quæ apud me fidem non habent, incoli montes ab viris capripedibus : quos ubi transieris, esse alios qui senos menses dormiant, quod ego omnino non admitto.

τὴν ἑξάμηνον καθεύδουσι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐνδέκομαι τὴν ἀρχήν. ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸς ἠῶ τῶν Φαλακρῶν γινώσκεται ὑπὸ Ἰσσηδόνων οἰκεόμενον· τὸ μέν τοι κατύπερθε πρὸς βορῆν ἄνεμον, οὐ γινώσκεται, οὔτε τῶν Φαλακρῶν, οὔτε τῶν Ἰσσηδόνων, εἰ μὴ ὅσα αὐτέων τουτέων λεγόντων.

κϛʹ. Νόμοισι δὲ Ἰσσηδόνες τοιοισίδε λέγονται χρέεσθαι· ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα· καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ καταταμόντες τὰ κρέα, κατατάμνουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα γονέα· ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτίθενται. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, καταχρυσοῦσι· καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέονται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες. παῖς

Sed tractum illum qui ad auroram calvis est, ab Issedonibus habitari sine ambiguitate compertum est. Ille vero superior vergens ad aquilonem ventum non cognoscitur vel ab Issidonibus vel ab calvis, nisi quatenus isti ipsi dicunt.

26. Issedones porro talibus moribus uti feruntur: Quoties pater alicui decessit, omnes propinqui pecora adducunt; quæ ubi mactaverunt, conciderruntque carnes, concidunt et mortuum patrem illius, a quo excipiuntur, commixtisque omnibus carnibus convivium exhibent. Caput autem ejus depilatum expurgatumque inaurant, eoque pro re sacrata utuntur, peragentes quotannis magna sacrificia. Hæc filius patri facit,

δὲ πατρὶ τοῦτο ποιέει, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια. ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ οὗτοι λέγονται εἶναι· ἰσοκρατέες δὲ ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι· γινώσκονται μὲν δὴ καὶ οὗτοι.

κζ΄. Τὸ δὲ ἀπὸ τουτέων τὸ κατύπερθε, Ἰσσηδόνες εἰσὶ οἱ λέγοντες μουνοφθάλμους ἀνθρώπους καὶ χρυσοφύλακας γρῦπας εἶναι· παρὰ δὲ τουτέων Σκύθαι παραλαβόντες λέγουσι· παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν, καὶ οὐνομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς· ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν·

κη΄. Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη οὕτω δή τί ἐστι· ἔνθα τοὺς μὲν ὀκτὼ τῶν μηνῶν ἀφόρητος οἷος γίνεται κρυμὸς, ἐν τοῖσι ὕδωρ ἐκχέας, πηλὸν οὐ ποιή-

---

quemadmodum Græci emortuali die. Alioqui dicuntur et illi justi esse, et ipsorum uxores peræque fortes ac viri. Hi et ipsi cognoscuntur.

27. Quod ab his supernum est, ibi aiunt Issedones esse homines unoculos, et grypes auri custodes. Hoc ab eis nacti Scythæ narrant, a Scythis nos ceteri pro vero habuimus, et Scythis eos appellamus Arimaspos, nam *arima* Scythæ unum vocant, *spu* vero oculum.

28. Omnis autem quæ dicta est regio, adeo infestatur hyberna sævitia, ut octo mensibus intolerabile sit illic gelu; in quibus si aquam effundas, non facias lutum, facies autem, si illic ignem accenderis. Mare compingitur, et omnis Cimmerius

σεις· πῦρ δὲ ἀνακαίων, ποιήσεις πηλόν. ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, καὶ ὁ Βόσπορος πᾶς ὁ Κιμμέριος· καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ἐντὸς τάφρου Σκύθαι κατοικημένοι στρατεύονται, καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τοὺς Σινδούς. οὕτω μὲν δὴ τοὺς ὀκτὼ μῆνας διατελέει χειμὼν ἐών· τοὺς δ' ἐπιλοίπους τέσσερας ψύχεα αὐτόθι ἐστί. κεχώρισται δὲ οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι· ἐν τῷ τὴν μὲν ὡραίην οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδέν· τὸ δὲ θέρος, ὕων οὐκ ἀνίει· βρονταί τε ἦμος τῇ ἄλλῃ γίνονται, τηνικαῦτα μὲν οὐ γίνονται, θέρεος δὲ ἀμφιλαφέες. ἢν δὲ χειμῶνος βροντὴ γένηται, ὡς τέρας θωϋμάζεται· ὡς δὲ ἢν σεισμὸς γένηται ἤν τε θέρεος ἤν τε χειμῶνος ἐν τῇ Σκυθικῇ, τέρας νενόμισται. ἵπποι δὲ ἀνεχόμενοι

Bosporus: superque glaciem qui intra fossam incolunt Scythæ militant, et plaustra agunt trans eam usque ad Sindos. Ita vis hyberna octo mensibus perstat, quatuor tamen mensibus reliquis frigora illic sunt. Indoles autem hujus hyemis diversa est ab illis, quae ceteris in regionibus contingunt omnibus; nam quum tempus pluendi est, nihil ibi quod sit ullius momenti, pluit: æstate pluere non cessat. Quin etiam tonitrua quando alibi fiunt, tum ibi nulla existunt, per æstatem vero densa: hyeme si fiat tonitru, pro ostento in admiratione est; sicut terræ motus si existat seu æstate seu hyeme in Scythica regione, prodigium cre-

φέρουσι τὸν χειμῶνα τοῦτον, ἡμίονοι δὲ καὶ ὄνοι οὐκ ἀνέχονται τὴν ἀρχήν· τῇ δὲ ἄλλῃ ἵπποι μὲν ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι, ὄνοι δὲ καὶ ἡμίονοι ἀνέχονται.

κθ'. Δοκέει δέ μοι καὶ τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον διὰ ταῦτα οὐ φύειν κέρεα αὐτόθι· μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ Ὁμήρου ἔπος ἐν Ὀδυσσείῃ, ἔχον ὧδε,

Καὶ Λιβύην, ὅθι τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι.

ὀρθῶς εἰρημένον, ἐν τοῖσι θερμοῖσι ταχὺ παραγίνεσθαι τὰ κέρεα· ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ φύει κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχὴν, ἢ φύοντα φύει μόγις.

λ'. Ἐνθαῦτα μέν νυν διὰ τὰ ψύχεα γίνεται ταῦτα· θωϋμάζω δὲ, (προσθήκας γὰρ δή μοι ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἐδίζητο,) ὅτι ἐν

ditur. Eam vim hyemis equi sustinentes ferunt, muli asinique prorsus non ferunt: quum tamen alibi stantes in gelido equi tabesiant, asini vero ac muli durent.

29. Et hæc mihi videtur esse causa, cur omnino cornua bovino generi illi mutilo istic non nascantur: astipulante sententiæ meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet,

Et Libyen, ubi sunt cornuti protinus agni.

Quod recte dictum est, in locis calidis festine cornua adnasci; at in vehementibus frigoribus aut non oriuntur omnino pecoribus cornua, aut si oriuntur, vix oriuntur.

30. In Scythia itaque haec propter frigora contingunt. Quo magis miror, (ab initio enim oratio mea accessiones inda-

τῇ Ἠλείῃ πάσῃ χώρῃ οὐ δυνέαται γίνεσθαι ἡμίονοι, οὔτε ψυχροῦ τοῦ χώρου ἐόντος, οὔτε ἄλλου φανεροῦ αἰτίου οὐδενός. φασὶ δὲ αὐτοὶ Ἠλεῖοι ἐκ κατάρης τευ οὐ γίνεσθαί σφι ἡμιόνους· ἀλλ' ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους, ἐξελαύνουσι ἐς τοὺς πλησιοχώρους αὐτάς· καὶ ἔπειτά σφι ἐν τῇ τῶν πέλας ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους, ἐς οὗ ἂν σχῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρί· ἔπειτα δὲ ὀπίσω ἀπελαύνουσι.

λα'. Περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεων εἶναι τὸν ἠέρα, καὶ τουτέων εἵνεκα οὐκ οἷά τε εἶναι οὔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τῆς ἠπείρου, οὔτε διεξιέναι, τήνδε ἔχω περὶ αὐτέων τὴν γνώμην· τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται, ἐλάσσονι δὲ τοῦ θέρεος ἢ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ εἰκός· ἤδη ὦν ὅστις

---

gabat) cur in omni Eleo agro muli nequeant gigni, quum neque locus sit frigidus, neque ulla alia causa appareat. Aiunt Elei ipsi ex imprecatione quadam non gigni sibi mulos, sed quum tempus conceptus equarum adest, ad finitimos illas educunt; ibi postquam admiserint asinos, usque dum conceperint, tunc rursus eas reducunt.

31. De pennis autem, quibus aiunt Scythæ oppletum esse aërem, et idcirco non posse prospici longinquiora continentis, nec transiri, de illis hæc est mea sententia: Quæ super eam regionem sunt, assidue nix in ea cadit, et, ut credibile est, minus æstate quam hyeme: jam igitur cuilibet cominus intuenti cadentem nivem copiosam liquet, quod

ἀγχόθεν χιόνα ἁδρὴν πίπτουσαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω· ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν πτεροῖσι· καὶ διὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐόντα τοιοῦτον ἀνοίκητα τὰ πρὸς βορῆν ἐστι τῆς ἠπείρου ταύτης· τὰ ὦν πτερὰ εἰκάζοντας τὴν χιόνα, τοὺς Σκύθας τε καὶ τοὺς περιοίκους δοκέω λέγειν. ταῦτα μέν νυν τὰ λέγεται, μακρότατα εἴρηται.

λϐ΄. Ὑπερϐορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι, οὔτε τινὲς ἄλλοι τῶν ταύτῃ οἰκημένων, εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες. ὡς δ᾽ ἐγὼ δοκέω, οὐδ᾽ οὗτοι λέγουσι οὐδέν. ἔλεγον γὰρ ἂν καὶ Σκύθαι, ὡς περὶ τῶν μουνοφθάλμων λέγουσι. ἀλλ᾽ Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερϐορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε.

---

dico, nix enim pennis assimilis est: et propter hanc talem hyemem inhabitabilia sunt ejus continentis loca quæ ad aquilonem spectant. Eoque opinor, pennas nivem esse interpretantes Scythas ac circumjectas gentes, ita loqui. Hæc quidem igitur, quæ dicuntur, longissime dicta sunt.

32. De Hyperboreis autem hominibus neque Scythæ quippiam, neque alii ulli illic incolentium memorant, præter Issedones: ne ipsi quidem, ut mihi videtur, dicentes aliquid; dicerent enim et Scythæ de hoc, quemadmodum de unoculis dicunt. Quamquam et ab Hesiodo de Hyperboreis mentio fit: quinetiam ab Homero in Epigonis, si tamen Homerus re vera fecit hos versus.

λγʹ. Πολλῷ δὴ πλεῖστα περὶ αὐτέων Δήλιοι λέγουσι, φάμενοι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα, ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας· ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεκομένους αἰεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους, κομίζειν αὐτὰ τὸ πρὸς ἑσπέρης ἑκαστάτω ἐπὶ τὸν Ἀδρίην· ἐνθεῦτεν δὴ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρώτους Δωδωναίους Ἑλλήνων δέκεσθαι· ἀπὸ δὲ τουτέων καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον, καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὔβοιαν· πόλιν δ' ἐς πόλιν πέμπειν, μέχρι Καρύστου· τὸ δ' ἀπὸ ταύτης, ἐκλιπεῖν Ἄνδρον· Καρυστίους γὰρ εἶναι τοὺς κομίζοντας ἐς Τῆνον· Τηνίους δὲ, ἐς Δῆλον. ἀπικνέεσθαι μέν νυν ταῦτα τὰ ἱρὰ οὕτω λέγουσι ἐς Δῆλον· πρῶτον δὲ τοὺς Ὑπερβορέους πέμψαι φερούσας τὰ

33. Sed multo plurima de his Delii memorant, narrantes sacra illigata in triticea stipula ex Hyperboreis delata venisse ad Scythas, a Scythis deinceps finitimos accepisse, gradatimque per quoslibet vicinos remotissime ad Adriam, atque illinc meridiem versus deducta, a primis Græcorum Dodonæis esse accepta, et ab his descendisse ad Meliensem sinum, pervasisseque in Eubœam, et oppidatim usque ad Carystum; ab hac vero reliquisse Andrum. Carystios enim esse qui in Tenum portarint, Tenios vero in Delum: atque ita hæc sacra in Delum aiunt pervenisse. Sed primum Hyperboreos misisse duas puellas, quæ ferrent hæc sacra, quas Delii nominant esse Hyperochen

ἱρὰ δύο κόρας, τὰς οὐνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην· ἅμα δὲ αὐτῇσι ἀσφαλίης εἵνεκεν πέμψαι τοὺς Ὑπερβορέους τῶν ἀστῶν ἄνδρας πέντε, πομποὺς τούτους, οἳ νῦν Περφερέες καλέονται, τιμὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τοῖσι Ὑπερβορέοισι τοὺς ἀποπεμφθέντας ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν, δεινὰ ποιευμένους εἴ σφεας αἰεὶ καταλάμψεται, ἀποστέλλοντας μὴ ἀποδέκεσθαι, οὕτω δὴ φέροντας ἐς τοὺς οὔρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ, τοὺς φλησιοχώρους ἐπισκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέα ἀπ᾽ ἑωϋτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προπεμπόμενα, ἀπικνέεσθαι λέγουσι ἐς Δῆλον. Οἶδα δὲ αὐτὸς τούτοισι τοῖσι ἱροῖσι τόδε ποιεύμενον προσφερές· τὰς Θρήσας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας, ἐπεὰν θύωσι τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Βασι-

---

et Laodicen, et cum his tutelæ gratia quinque viros e suis popularibus, qui eas deducerent, nunc Perpherees vocatos in Delo, ubi in magno honore habentur. Sed quum isti ab Hyperboreis missi retro non redirent, indigne ipsos tulisse, si id continue ipsis accideret, ut eos quos mitterent non reciperent; ita ferentes ad fines suos sacra in stipula tritici illigata, mandavisse vicinis, jubentes illos deducere ad aliam nationem: atque ita hæc gradatim missa, aiunt devenisse in Delum. His ego sacris simile quiddam fieri animadverti a feminis Thraciis atque Pæoniis, quæ in sacrificando Regiæ Dianæ non sine stipula triticea ha-

ληΐη, οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης ἐχούσας τὰ ἱρά· καὶ ταῦτα μὲν δὴ οἶδα ταύτας ποιεύσας·

κδ΄. Τῇσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων τελευτησάσῃσι ἐν Δήλῳ, κείρονται καὶ αἱ κόραι καὶ οἱ παῖδες οἱ Δηλίων· αἱ μὲν, πρὸ γάμου πλόκαμον ἀποταμνόμεναι καὶ περὶ ἄτρακτον εἱλίξασαι, ἐπὶ τὸ σῆμα τιθεῖσι· τὸ δὲ σῆμά ἐστι ἔσω ἐς τὸ Ἀρτεμίσιον ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρὸς· ἐπιπέφυκε δέ οἱ ἐλαίη· οἱ δὲ παῖδες τῶν Δηλίων, περὶ χλόην τινὰ εἱλίξαντες τῶν τριχῶν, τιθεῖσι καὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ σῆμα. αὗται μὲν δὴ ταύτην τὴν τιμὴν ἔχουσι πρὸς τῶν Δήλου οἰκητόρων.

λε΄. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν Ἄργην τε καὶ τὴν Ὦπιν ἐούσας παρθένους ἐξ Ὑπερβορέων, κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἀνθρώπους πορευομένας, ἀπικέσθαι ἐς Δῆλον, ἔτι πρότε-

---

bent sacra: atque ipsi vidi eas hæc facientes.

34. Ceterum his virginibus Hyperboreis vita functis in Delo, parentant puellæ ac pueri Deliorum, tonsis utrique crinibus: puellæ quidem ante nuptias spiram abcissam fuso circumvolutam, in monumento ponunt. Monumentum autem intra Dianæ templum ad sinistram est intranti, oleaque supra ipsum nata: pueri autem Deliorum, ad quandam herbam partes crinium circumvolutas et ipsi imponunt sepulchro. Hoc honore ab incolis Deli afficiuntur hæ virgines.

35. Aiunt vero iidem Argen et Opin virgines ex Hyperboreis eorundem hominum ætate in

ρον Ὑπερόχης τε καὶ Λαοδίκης. ταύτας μέν νυν τῇ Εἰλειθυίῃ ἀποφερούσας ἀντὶ τοῦ ὠκυτόκου τὸν ἐτάξαντο φόρον ἀπικέσθαι· τὴν δὲ Ἄργην τε καὶ τὴν Ὦπιν ἅμα αὐτοῖσι τοῖσι θεοῖσι ἀπικέσθαι λέγουσι· καί σφι τιμὰς ἄλλας δεδόσθαι πρὸς σφέων· καὶ γὰρ ἀγείρειν σφι τὰς γυναῖκας, ἐπονομαζούσας τὰ οὐνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ, τόν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε· παρὰ δὲ σφέων μαθόντας νησιώτας τε καὶ Ἴωνας, ὑμνέειν Ὦπίν τε καὶ Ἄργην, ὀνομάζοντάς τε καὶ ἀγείροντας· οὗτος δὴ ὁ Ὠλὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε ἐκ Λυκίης ἐλθὼν, τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ· καὶ τῶν μηρίων καταγιζομένων ἐπὶ τῷ βωμῷ τὴν σποδὸν, ταύτην ἐπὶ τὴν θήκην τῆς Ὤπιός τε καὶ Ἄργης ἀναισιμοῦσθαι ἐπιβαλλομένην. ἡ δὲ θήκη αὐτέων ἐστὶ ὄπισθεν τοῦ

Delum venisse, etiam priores Hyperoche et Laodice: et has quidem venisse ad reddendum Lucinæ tributum, quod pro partu maturato instituerant: Argen vero et Opin una cum ipsis diis advenisse, hosque illis alios honores donasse. Illis enim colligere mulieres agnominantes nomina in hymno, quem Olen vir Lycius fecit: et ab illis edoctos insulanos et Iones hymno celebrare Opin et Argen, nominantes et colligentes. Hic Olen e Lycia profectus, alios quoque vetustos fecit hymnos, qui cantantur in Delo; et femorum, in ara exustorum, cinerem supra capulum Opis et Arges consumi injectum. Est autem capulus

Ἀρτιμισίου, πρὸς ἠῶ τετραμμένη, ἀγχοτάτω τοῦ Κηΐων ἱστιητορίου.

λϛ΄. Καὶ ταῦτα μὲν Ὑπερβορέων πέρι εἰρήσθω. τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν ὀϊστὸς περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οὐδὲν σιτεόμενον. εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι. γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη, καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον· οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ, τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην. ἐν ὀλίγοισι γὰρ ἐγὼ δηλώσω μέγαθός τε ἑκάστης αὐτέων, καὶ ὅση τίς ἐστι ἐς γραφὴν ἑκάστη.

λζ΄. Πέρσαι οἰκέουσι κατήκοντες ἐπὶ τὴν

---

earum post Artemisium, ad auroram spectans, proxime Ceiorum cœnaculum.

36. Hactenus de Hyperboreis dictum sit. Nam de fabula Abaris, qui fertur esse Hyperboreus, nihil dico; qui dicit sagittam eum circum omnem terram vehere nihilque comedentem. Quod si qui sunt Hyperborei, *id est superaquilonares*, sunt et alii Hypernotii, *id est superaustrales.* Nempe rideo jam multos videns descripsisse ambitus terræ, et nullum habentes in exponendo sensum, qui Oceanum scribunt circumfluere, et terram esse orbiculatam tanquam a torno, Asiam quoque faciant Europæ parem. Nam ego singularum magnitudinem brevi patefaciam, et quanta sint singula ad describendum.

37. Ubi Persæ incolunt, id ad

νοτίην θάλασσαν, τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην· τουτέων δ' ὑπεροικέουσι πρὸς βορέω ἀνέμου, Μῆδοι· Μήδων δὲ, Σάσπειρες· Σασπείρων δὲ, Κόλχοι, κατήκοντες ἐπὶ τὴν βορηΐην θάλασσαν, ἐς τὴν Φάσις ποταμὸς ἐκδιδοῖ. ταῦτα τέσσερα ἔθνεα οἰκέει ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν.

λη΄. Ἐνθεῦτεν δὲ τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀκταὶ διφάσιαι ἀπ' αὐτῆς κατατείνουσι ἐς θάλασσαν, τὰς ἐγὼ ἀπηγήσομαι. ἔνθεν μὲν ἡ ἀκτὴ ἡ ἑτέρη τά πρὸς βορῆν ἀπὸ Φάσιος ἀρξαμένη, παρατέταται ἐς θάλασσαν παρά τε τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, μέχρι Σιγείου τοῦ Τρωϊκοῦ· τὰ δὲ πρὸς νότου, ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδικοῦ κόλπου, τοῦ πρὸς Φοινίκῃ κειμένου, τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριο-

---

australe pertinet mare, quod dicitur Rubrum. Super hos ad ventum aquilonem habitant Medi, super Medos Saspires, super Saspires Colchi, ad septentrionale pertinentes mare, in quod influit flumen Phasis. Hæ quatuor nationes a mari ad mare incolunt.

38. Dehinc vesperam versus ab ea duæ oræ terrarum ad mare procedunt, quas ego exponam. Hinc quidem ora una aquilonem versus a Phasi incipiens porrecta est ad mare juxta Pontum et Hellespontum, usque ad Sigeum Troicum: sed austrum versus, eadem ista ora a sinu Mariandico, qui Phœnicæ adjacet, tendit in mare ad promontorium usque Triopium. Incolunt autem in ora hac ho-

πίου ἄκρης. οἰκέει δ' ἐν τῇ ἀκτῇ ταύτῃ ἔθνεα ἀνθρώπων τριήκοντα. αὕτη μέν νυν ἡ ἑτέρη τῶν ἀκτέων.

λθ'. Ἡ δὲ δὴ ἑτέρη, ἀπὸ Περσέων ἀρξαμένη, παρατέταται ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν· ἥ τε Περσικὴ, καὶ ἡ ἀπὸ ταύτης ἐκδεκομένη Ἀσσυρίη· καὶ ἀπὸ Ἀσσυρίης, ἡ Ἀραβίη· λήγει δὲ αὐτὴ, οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ, ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον, ἐς τὸν Δαρεῖος ἐκ τοῦ Νείλου διώρυχα ἐσήγαγε. μέχρι μέν νυν Φοινίκης ἀπὸ Περσέων, χῶρος πλατὺς καὶ πολλός ἐστι· τὸ δ' ἀπὸ Φοινίκης παρήκει διὰ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἡ ἀκτὴ αὕτη παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην, καὶ Αἴγυπτον, ἐς τὴν τελευτᾷ· ἐν τῇ ἔθνεά ἐστι τρία μοῦνα. ταῦτα μὲν ἀπὸ Περσέων τὰ πρὸς ἑσπέρης τῆς Ἀσίης ἔχοντά ἐστι.

minum nationes triginta: talis quidem est una ora.

39. Altera vero, a Persis incipiens porrigitur ad Rubrum mare, ipsa Persica regio et gradatim Assyria, atque inde Arabia: desinitque non desinens, nisi jure, in sinum Arabicum, in quem Darius e Nilo rivum induxit. A Persis ad Phœnicen tractus amplus est ac multus. A Phœnice quod sequitur, hæc ora tendit per hoc mare præter Syriam Palæstinam et Ægyptum, in qua terminatur: in qua tres sunt modo nationes. Atque hæc sunt quæ a Persis versus occasum Asiæ continentur.

μ'. Τὰ δὲ κατύπερθε Περσέων, καὶ Μήδων, καὶ Σαπείρων, καὶ Κόλχων τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, ἔνθεν μὲν ἡ Ἐρυθρὴ παρήκει θάλασσα· πρὸς βορέω δὲ ἡ Κασπίη τε θάλασσα, καὶ ὁ Ἀράξης ποταμὸς, ῥέων πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. μέχρι δὲ τῆς Ἰνδικῆς οἰκέεται Ἀσίη· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, ἔρημος ἤδη τὸ πρὸς τὴν ἕω, οὐδ' ἔχει οὐδεὶς φράσαι οἷον δή τί ἐστι. τοιαύτη μὲν καὶ τοσαύτη ἡ Ἀσίη ἐστί.

μα'. Ἡ δὲ Λιβύη ἐν τῇ ἀκτῇ ἑτέρῃ ἐστί· ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου Λιβύη ἤδη ἐκδέκεται. κατὰ μέν νυν Αἴγυπτον ἡ ἀκτὴ αὕτη στεινή ἐστι· ἀπὸ γὰρ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν, δέκα μυριάδες εἰσὶ ὀργυιέων· αὗται δ' ἂν εἶεν χίλιοι στάδιοι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ

---

40. Quæ supra Persas sunt et Medos et Sapires et Colchos, auroram versus et solem orientem, hinc mari Rubro alluuntur; aquilonem autem versus, a mari Caspio et flumine Araxe, qui contra solem orientem fluit. Porro India tenus habitatur Asia. Illinc jam auroram versus deserta sunt: nec qualia sint dicere quispiam potest. Et Asia quidem talis et tanta est.

41. Africa autem in altera ora est, ab Ægypto enim jam Africa excipit. Hæc ipsa ora circa Ægyptum jam angusta est, nam ab hoc mari ad Rubrum intercapedo est centum millium orgyiarum, quæ efficiunt mille stadia. Ab his deinceps an-

στεινοῦ τούτου, κάρτα πλατέα τυγχάνει ἐοῦσα ἀκτὴ, ἥτις Λιβύη κέκληται.

μβ΄. Θωϋμάζω ὦν τῶν διουρισάντων καὶ διελόντων Λιβύην τε καὶ Ἀσίην καὶ Εὐρώπην· οὐ γὰρ σμικρὰ τὰ διαφέροντα αὐτέων ἐστί· μήκεϊ μὲν γὰρ παρ' ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη· εὔρεος δὲ πέρι, οὐδὲ συμβαλέειν ἀξίη φαίνεταί μοι εἶναι. Λιβύη μὲν γὰρ δηλοῖ ἑωϋτὴν, ἐοῦσα περίῤῥυτος, πλὴν ὅσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίην οὐρίζει· Νεκῶ τοῦ Αἰγυπτίων βασιλῆος πρώτου τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, καταδέξαντος ὃς ἐπεί τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων τὴν ἐκ τοῦ Νείλου ἔχουσαν ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον, ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας πλοίοισι, ἐντειλάμενος ἐς τὸ ὀπίσω δι' Ἡρακληΐων στηλέων ἐκπλέειν ἕως ἐς τὴν βορηΐην θά-

---

gustiis spatiosa valde ora est, quæ Africa dicitur.

42. Itaque admiror eos, qui disterminarunt atque distinxerunt Africam, Asiam, Europam: inter quas non parum est differentiæ. Siquidem Europa longitudine præter utramque extenditur, latitudine vero non videtur mihi comparari digna, nam Africa se ipsam manifestat, circumflua mari, excepto duntaxat ubi Asiæ contermina est, Neco Ægyptiorum rege, eorum quos novimus primo in hoc demonstrando. Is postquam destitit a deprimenda fossa a Nilo ad Arabicum sinum, misit navibus quosdam viros Phœnices, præcipiens ut evecti per columnas Herculeas penetrarent ad septentrionale usque mare, atque ita

λασσαν, καὶ οὕτω ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι. ὁρμηθέντες ὦν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης, ἔπλεον τὴν νοτίην θάλασσαν· ὅκως δὲ γένοιτο φθινόπωρον, προσχόντες ἂν σπείρεσκον τὴν γῆν, ἵνα ἑκάστοτε τῆς Λιβύης πλέοντες γενοίατο, καὶ μένεσκον τὸν ἀμητόν· θερίσαντες δ' ἂν τὸν σῖτον, ἔπλεον· ὥστε δύο ἐτέων διεξελθόντων, τρίτῳ ἔτεϊ κάμψαντες Ἡρακληΐας στήλας, ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον. καὶ ἔλεγον ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, ὡς περιπλώοντες τὴν Λιβύην, τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά. οὕτω μὲν αὕτη ἐγνώσθη τοπρῶτον.

μγ΄. Μετὰ δὲ, Καρχηδόνιοί εἰσι οἱ λέγοντες· ἐπεὶ Σατάσπης γε ὁ Τεάσπιος, ἀνὴρ Ἀχαιμενίδης, οὐ περιέπλωσε Λιβύην, ἐπ' αὐτο

ad Ægyptum remearent. Phœnices igitur e rubro mari solventes, abierunt in mare australe: qui quum autumnus advenisset, applicitis ad terram navibus sementem faciebant, ubi identidem navigantes in Africa forent, ac messem expectabant, deinde messo frumento navigabant. Ita biennio consumpto, anno tertio quum flexissent Herculeas columnas in Ægyptum remearunt, referentes quæ apud me fidem non habent, sed forte apud aliquem alium: circumnavigantes Africam, se habuisse solem ad dextram. Atque hunc in modum Africa primum est cognita.

43. Secundo loco (Carthaginienses sunt qui dicunt) postquam Sataspes, Teaspis filius,

τοῦτο πεμφθείς· ἀλλὰ δείσας τό, τε μῆκος τοῦ πλόου καὶ τὴν ἐρημίην, ἀπῆλθε ὀπίσω, οὐδ᾽ ἐπετέλεσε τὸν ἐπέταξέ οἱ ἡ μήτηρ ἄεθλον. θυγατέρα γὰρ Ζωπύρου τοῦ Μεγαβύζου παρθένον ἐβιήσατο· ἔπειτα μέλλοντος αὐτοῦ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην ἀνασκολοπιεῖσθαι ὑπὸ Ξέρξεω βασιλῆος, ἡ μήτηρ τοῦ Σατάσπεος, ἐοῦσα Δαρείου ἀδελφεὴ, παρῃτήσατο, φᾶσά οἱ αὐτὴ μέζω ζημίην ἐπιθήσειν ἤπερ ἐκεῖνον· Λιβύην γάρ οἱ ἀνάγκην ἔσεσθαι περιπλώειν, ἐς ὃ ἂν ἀπίκηται, περιπλέων αὐτὴν, ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. συγχωρήσαντος δὲ Ξέρξεω ἐπὶ τούτοισι, ὁ Σατάσπης ἀπικόμενος ἐς Αἴγυπτον, καὶ λαβὼν νέα τε καὶ ναύτας παρὰ τουτέων, ἔπλεε παρὰ Ἡρακλήϊας στήλας· διεκπλώσας δὲ, καὶ κάμψας τὸ ἀκρωτήριον

---

vir Achæmenides, Africam non circumnavigavit ad hoc ipsum missus; sed cum navigationis longitudine, tum terræ solitudine deterritus retro rediit, non impleto labore, quem ei mater injunxerat. Etenim vitiaverat filiam virginem Zopyri, neptem Megabyzi, quem ob hanc caussam a Xerxe rege suffigendum cruci mater Sataspis, quæ erat Darii soror, liberavit: quod diceret se majus illi supplicium irrogaturam quem rex, quippe necesse ei fore circumnavigare Africam, dum perveniret eam circumnavigans ad Arabicum sinum. His annuente Xerxe, Sataspes in Ægyptum abiit, sumptaque illinc nave ac nautis, navigavit ad columnas Herculeas: quibus transmissis, flec-

τῆς Λιβύης, τῷ οὔνομα Σολόεις ἐστὶ, ἔπλεε πρὸς μεσαμβρίην· περήσας δὲ θάλασσαν πολλὴν ἐν πολλοῖσι μησὶ, ἐπεί τε τοῦ πλεῦνος αἰεὶ ἔδεε, ἀποστρέψας ὀπίσω, ἀπέπλεε ἐς Αἴγυπτον. ἐκ δὲ ταύτης ἀπικόμενος παρὰ βασιλῆα Ξέρξεα, ἔλεγε, φὰς τὰ προσωτάτω ἀνθρώπους μικροὺς παραπλέειν, ἐσθῆτι φοινικηΐῃ διαχρεομένους· οἳ, ὅκως σφεῖς καταγοίατο τῇ νηῒ, φεύγεσκον πρὸς τὰ οὔρεα, λείποντες τὰς πόλιας· αὐτοὶ δὲ ἀδικέειν οὐδὲν ἐσιόντες, πρόβατα δὲ μοῦνα ἐξ αὐτέων λαμβάνειν. τοῦ δὲ μὴ περιπλῶσαι Λιβύην παντελῶς, αἴτιον τόδε ἔλεγε· τὸ πλοῖον τοπρόσω οὐ δυνατὸν ἔτι προβαίνειν, ἀλλ' ἐνίσχεσθαι. Ξέρξης δὲ οὔ οἱ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, οὐκ ἐπιτελέσαντά τε τὸν προκείμενον ἄεθλον, ἀνεσκο-

---

tens Africæ promontorium, cui nomen Soloes, in meridiem cursum tenebat. Emensusque permultum maris intra complures menses, quum assidue pluri tempore opus esset, converso cursu in Ægyptum rediit. Et illinc ad regem Xerxem regressus, aiebat in remotissimis homines pusillos prænavigasse, rubra utentes veste, qui, quum ipsi terræ navim applicarent, ad montes se fuga proriperent relictis urbibus; ipsos autem nihil illis injuriæ intulisse ingressos, pecora tantum illinc accepisse. Quod autem totam Africam non circumnavigasset, hanc causam afferebat, quod navigium ulterius procedere non posset, sed retineretur. Hunc Xerxes negans loqui vera, et quod ope-

λόπισε, τὴν ἀρχαίην δίκην ἐπιτιμῶν. τούτου δὲ τοῦ Σατάσπεος εὐνοῦχος ἀπέδρη ἐς Σάμον, ἐπεί τε ἐπύθετο τάχιστα τὸν δεσπότεα τετελευτηκότα, ἔχων χρήματα μεγάλα, τὰ Σάμιος ἀνὴρ κατέσχε· τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα, ἑκὼν ἐπιλήθομαι.

μδ΄. Τῆς δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη· ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀληθηΐην ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. οἱ δὲ, ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς, ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν· διὰ

---

ram ipsi propositam non absolvisset, in crucem sustulit, irrogata vetere pœna. Hujus Sataspis eunuchus, audita domini nece, Samum celerrime cum magna pecunia profugit, quam Samius quidam intervertit: cujus nomen quum sciam, volens obliviscor.

44. Ceterum Asiæ bona pars a Dario pervestigata est. Is cupidus cognoscendi ubinam Indus, qui secundus omnium fluviorum crocodilos præstat, mare influat, misit navibus cum aliis quosdam, quos vera renunciaturos confidebat, tum Scylacem virum Caryandensem. Isti e Caspatyro urbe et terra Pactyica solventes, secundo flumine auroram versus atque solem orientem navigantes in mare,

θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλέοντες, τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλώειν Λιβύην. μετὰ δὲ τούτους περιπλώσαντες, Ἰνδούς τε κατεστρέψατο Δαρεῖος, καὶ τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ ἐχρέετο. οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης, πλὴν τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνεύρηται ὅμοια παρεχομένη τῇ Λιβύῃ.

με΄. Ἡ δὲ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν φανερή ἐστι γινωσκομένη, οὔτε τὰ πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα, οὔτε τὰ πρὸς βορῆν, εἰ περίῤῥυτός ἐστι· μήκεϊ δὲ γινώσκεται παρ' ἀμφοτέρας παρήκουσα. οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ, οὐνόματα τριφάσια κέεται, ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν· καὶ οὐρίσματα αὐτῇ Νεῖλός τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη,

---

dehinc per ipsum mare occasum versus, tricesimo demum mense tenuerunt eum locum, unde rex Ægyptiorum eos Phœnices, quos antea dixi, miserat ad Africam circumnavigandam. Post horum circumnavigationem Darius Indos subegit, et eo mari potitus est. Ita Asiæ, præter eam, quæ orientem solem spectat, reliqua compertum est similia Africæ suppeditare.

45. At Europa a nullis investigata est, neque qua ad orientem neque qua ad aquilonem vergit, an circumflua sit. Longitudine tamen cognoscitur præter utramque accedere. Neque possum conjectura colligere, unde, quum una sit terra, tripli-

καὶ Φᾶσις ὁ Κόλχος· οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν, τὸν Μαιήτην καὶ Πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι· οὐδὲ τῶν διουρισάντων τὰ οὐνόματα πυθέσθαι, καὶ ὅθεν ἔθεντο τὰς ἐπωνυμίας. ἤδη γὰρ Λιβύη μὲν ἐπὶ Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἑλλήνων ἔχειν τοὔνομα γυναικὸς αὐτόχθονος· ἡ δὲ Ἀσίη, ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην. καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ οὐνόματος Λυδοὶ, φαμενοι ἐπὶ Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω, κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην· ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τῆς Προμηθέος Ἀσίης· ἀπ᾽ ὅτευ καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα. ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη οὔτε εἰ περίῤῥυτός ἐστι γινώσκεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων· οὔτε ὁκόθεν τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅς τίς οἱ ἦν ὁ θέμενος φαίνεται, εἰ μὴ

---

patris, nomine Opœam. Erat autem Opœa hæc civis, ex qua erat Aripithi filius Oricus. Scyli regnum Scytharum obtinenti Scythicus tamen vivendi mos nihil prorsus cordi erat, sed multo magis convertebatur ad Græca, in quibus fuerat imbutus a puero; et tale quid fecit. Utique quum ad urbem Borysthenitarum Scythicum ducebat exercitum, (Borysthenitæ autem se a Milesiis aiunt esse oriundos,) ad hos quoties Scyles veniebat, relicto in suburbanis exercitu, ipse muros ingressus portas obserabat; deposita Scythica veste, Græcum sumebat vestimentum, et eo indutus, in foro spatiabatur, nullo neque satellitum neque alio comitatu; sed portas servabant, nequis Scytharum cerne-

τὰς δὲ πύλας ἐφύλασσον, μή τίς μιν Σκυθέων ἴδοι ἔχοντα ταύτην τὴν στολήν· καὶ τἄλλα ἐχρέετο διαίτῃ Ἑλληνικῇ, καὶ θεοῖσι ἱρὰ ἐποίεε κατὰ νόμους τοὺς Ἑλλήνων. ὅτε δὲ διατρίψειε μῆνα ἢ πλέον τούτου, ἀπαλλάσσετο, ἐνδὺς τὴν Σκυθικὴν στολήν. ταῦτα ποιέεσκε πολλάκις· καὶ οἰκία τε ἐδείματο ἐν Βορυσθένεϊ, καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ ἐπιχωρίην.

οθ'. Ἐπεί τε δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προφάσιος τοιῆσδε. ἐπεθύμησε Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι· μέλλοντι δέ οἱ ἐς χεῖρας ἄγεσθαι τὴν τελετὴν, ἐγένετο φάσμα μέγιστον· ἦν οἱ ἐν Βορυσθενεϊτέων τῇ πόλι, οἰκίης μεγάλης καὶ πολυτελέος περιβολὴ, (τῆς καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τουτέων μνήμην εἶχον,) τήν τε πέριξ λευκοῦ λίθου σφίγγες τε καὶ γρύ-

---

ret eum gestantem hujusmodi vestimentum: et cum in ceteris Græcorum disciplina utebatur, tum sacra diis faciebat ritu Græco. Et quum ibi tempus menstruum aut amplius triverat, abscedebat, induta sibi Scythica veste. Idque sæpenumero faciebat, extructis sibi ædibus in Borysthenide, et uxore illinc accepta.

79. Sed quum deberet ei male cedere, ex hac occasione evenit. Affectabat Baccho per Bacchanal initiari, ac initiationem jam sumpturo in manibus, oblatum est ingens ostentum. Erant ei in urbe Borysthenitarum circum ædes (quarum etiam paulo ante habui mentionem) magnas atque magnificas spatii laxitas, circaque eam e lapide candido sphinges

πες ἕστασαν· ἐς ταύτην ὁ θεὸς ἐνέσκηψε βέλος· καὶ ἡ μὲν κατεκάη πᾶσα. Σκύλης δὲ οὐδὲν τούτου εἵνεκα ἧσσον ἐπετέλεσε τὴν τελετήν. Σκύθαι δὲ τοῦ βακχεύειν πέρι Ἕλλησι ὀνειδίζουσι· οὐ γάρ φασι εἰκὸς εἶναι θεὸν ἐξευρίσκειν τοῦτον ὅστις μαίνεσθαι ἐνάγει ἀνθρώπους. ἐπεί τε δὲ ἐτελέσθη τῷ βακχείῳ ὁ Σκύλης, διεπρήστευσε τῶν τις Βορυσθενεϊτέων πρὸς τοὺς Σκύθας, λέγων, "Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, "ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ "θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν "ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει "καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται. εἰ δέ μοι ἀπι"στέετε, ἕπεσθε, καὶ ὑμῖν ἐγὼ δείξω." εἵποντο τῶν Σκυθέων οἱ προεστεῶτες· καὶ αὐτοὺς ἀναγαγὼν ὁ Βορυσθενεΐτης, λάθρῃ ἐπὶ πύργον κα-

---

et grypes stantes: in has ædes deus fulmen jaculatus est, totæque deflagraverunt. Scyles nihilominus propterea initiationem peragit. Enimvero Scythæ Græcis probro dant bacchari, negantes esse credibile deum invenisse, quo homines ad dementiam adigantur. Posteaquam bacchanali initiatus est Scyles, quidam Borysthenitarum Scythis indicium detulit, inquiens, Nos enim irridete Scythæ quod bacchanalia agamus, quodque nos deus corripiat; at nunc dæmon hic vestrum quoque regem insedit, nam bacchatur et a deo insanit. Quod si mihi non habetis fidem, sequimini me rem vobis ostensurum. Primores Scytharum sequuti sunt: quos Borysthenita ille deductos clanculum in turri

τεῖσε. ἐπεί τε δὲ παρῆϊε σὺν τῷ θιάσῳ ὁ Σκύλης, καὶ εἶδόν μιν βακχεύοντα οἱ Σκύθαι, κάρτα συμφορὴν μεγάλην ἐποιήσαντο· ἐξελθόντες δὲ ἐσήμαινον πάσῃ τῇ στρατιῇ τὰ ἴδοιεν.

π΄. Ὡς δὲ μετὰ ταῦτα ἐξήλαυνε ὁ Σκύλης ἐς ἤθεα τὰ ἑωϋτοῦ, οἱ Σκύθαι προστησάμενοι τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Ὀκταμασάδην, γεγονότα ἐκ τῆς Τήρεω θυγατρὸς, ἐπανιστέατο τῷ Σκύλῃ. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ γινόμενον ἐπ' ἑωϋτῷ, καὶ τὴν αἰτίην δι' ἣν ἐποιέετο, καταφεύγει ἐς τὴν Θρηΐκην. πυθόμενος δὲ ὁ Ὀκταμασάδης ταῦτα, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Θρηΐκην· ἐπεί τε δὲ ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ ἐγένετο, ἠντίασάν μιν οἱ Θρήϊκες. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, ἔπεμψε Σιτάλκης παρὰ τὸν Ὀκταμασάδην, λέγων τοιάδε, " Τί δεῖ ἡμέας ἀλλήλων πειρηθῆναι;

---

collocavit. Ubi adfuit Scyles cum thiaso; Scythæ eum bacchabundum conspicati, rem ingentis calamitatis esse dexerunt: digressique, ea quæ viderant omni exercitui indicarunt.

80. Post hæc ubi ad lares suos redibat Scyles, præposito fratre ejus Octamasade, ex filia Terei genito, insurrexerunt contra Scylen. Scyles cognito quid de se fieret, et quam ob causam, profugit in Thraciam. Id quum audisset Octamasades, cum exercitu adversus Thraciam contendit: cui ad Istrum progresso Thraces occurrerunt. Et quum conflicturi essent, Sitalces ad Octamasadem misit, caduceatorem, cum his mandatis, Quid opus est inter nos tentare? Tu quidem sororis meæ es filius,

" εἷς μέν μευ τῆς ἀδελφεῆς παῖς, ἔχεις δέ μευ
" ἀδελφεόν. σύ τέ μοι ἀπόδος τοῦτον, καὶ ἐγώ
" σοι τὸν σὸν Σκύλην παραδίδωμι· στρατιῇ δὲ
" μήτε σὺ κινδυνεύσῃς, μήτ' ἐγώ." ταῦτά οἱ πέμψας ὁ Σιτάλκης ἐπεκηρυκεύετο· ἦν γὰρ παρὰ τῷ Ὀκταμασάδῃ ἀδελφεὸς Σιτάλκεω πεφευγώς. ὁ δὲ Ὀκταμασάδης καταινέει ταῦτα· ἐκδιδοὺς δὲ τὸν ἑωϋτοῦ μήτρωα Σιτάλκῃ, ἔλαβε τὸν ἀδελφεὸν Σκύλην. καὶ Σιτάλκης μὲν παραλαβὼν τὸν ἀδελφεὸν, ἀπήγετο. Σκύλεω δὲ Ὀκταμασάδης αὐτοῦ ταύτῃ ἀπέταμε τὴν κεφαλήν. οὕτω μὲν περιστέλλουσι τὰ σφέτερα νόμαια Σκύθαι, τοῖσι δὲ παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι.

πα'. Πλῆθος δὲ τὸ Σκυθέων οὐκ οἷός τε ἐγενόμην ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους

---

sed habes germanum meum, quem si mihi reddideris, ego vicissim Scylem trado tibi. Ita neque tu, neque ego periclitabor exercitu. Per hæc verba pacem firmabat Sitalces. Erat enim apud Octamasadem frater Sitalcis profugus. Et Octamasades ista accepit, redditoque Sitalci avunculo suo, Scylen cepit fratrem. Et Sitalces quidem accepto fratre reduxit exercitum: Octamasades autem eodem loco caput Scyli dempsit. Adeo sua instituta Scythæ observant: et iis qui externos ritus adsciscunt, tales irrogant pœnas.

81. Multitudinem autem Scytharum non potui exacte indagare, quum de ejus numero varia referentes audiam, et permultos illos, et rursus paucos

λόγους περὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἤκουον· καὶ γὰρ κάρτα πολλοὺς εἶναί σφεας, καὶ ὀλίγους, ὡς Σκύθας εἶναι. τοσόνδε μέντοι ἀπέφαινόν μοι ἐς ὄψιν· ὡς ἔστι μεταξὺ Βορυσθένεός τε ποταμοῦ καὶ Ὑπάνιος χῶρος· οὔνομα δέ οἵ ἐστι Ἐξαμπαῖος· τοῦ καὶ ὀλίγον τι πρότερον τούτων μνήμην εἶχον, φάμενος ἐν αὐτῷ κρήνην ὕδατος πικροῦ εἶναι, ἀπ' ἧς τὸ ὕδωρ ἀποῤῥέον τὸν Ὕπανιν ἄποτον ποιέει· ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ κέεται χαλκήϊον, μεγάθεϊ καὶ ἑξαπλήσιον τοῦ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου κρητῆρος, τὸν Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου ἀνέθηκε. ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τοῦτον, ὧδε δηλώσω· ἑξακοσίους ἀμφορέας εὐπετέως χωρέει τὸ ἐν Σκύθῃσι χαλκήϊον. πάχος δὲ τὸ Σκυθικὸν τοῦτο χαλκήϊόν ἐστι δακτύλων ἕξ. τοῦτο ὦν ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ἀπὸ ἀρδίων γενέσθαι· βουλόμενον γὰρ τὸν

---

esse, utique Scythas. Quantum autem sub aspectum meum venit: Est inter Borysthenem et Hypanin flumina, locus nomine Exampæus: cujus etiam aliquanto antea habuimus mentionem, quum dicebam fontem in eo esse aquæ amaræ, Hypanin in quem fluit, impotabilem reddentis. Hoc in loco jacet ahenum sexies tantum quantus crater qui est in ostio Ponti, a Pausania Cleombroti filio dedicatus. Quod siquis illum non inspexit, hunc ei in modum declarabo: Sexcentarum est amphorarum facile capax istud in Scythis ahenum, crassitudine digitorum sex, id aiunt indigenæ ex aculeis sagittarum esse fac-

σφέτερον βασιλέα, τῷ οὔνομα εἶναι Ἀριαντὰν, τοῦτον εἰδέναι, τὸ πλῆθος τῶν Σκυθέων, κελεύειν μιν πάντας Σκύθας ἄρδιν ἕκαστον μίην ἀπὸ τοῦ ὀϊστοῦ κομίσαι· ὃς δ' ἂν μὴ κομίσῃ, θάνατον ἀπείλεε· κομισθῆναι τε δὴ χρῆμα πολλὸν ἀρδίων, καὶ οἱ δόξαι ἐξ αὐτέων μνημόσυνον ποιήσαντι λιπέσθαι· ἐκ τουτέων δή μιν τὸ χαλκήϊον ποιῆσαι τοῦτο, καὶ ἀναθεῖναι ἐς τὸν Ἐξαμπαῖον τοῦτον. ταῦτα δὴ περὶ τοῦ πλήθεος τοῦ Σκυθέων ἤκουον.

πβ΄. Θωϋμάσια δὲ ἡ χώρη αὕτη οὐκ ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ποταμούς τε πολλῷ μεγίστους, καὶ ἀριθμὸν πλείστους. ὃ δὲ ἀποθωϋμάσαι ἄξιον καὶ πάρεξ τῶν ποταμῶν, καὶ τοῦ μεγάθεος τοῦ πεδίου, παρέχεται, εἰρήσεται· ἴχνος Ἡρακλέος φαίνουσι ἐν πέτρῃ ἐνεὸν, τὸ οἶκε

---

tum: regem enim suum, nomine Ariantan, quum numerum Scytharum scire vellet, jussisse singulos Scythas conferre singulos sagittarum aculeos, proposita morte ei qui non ferret. Ita magnam vim collatam esse aculeorum: et ex his confectum ahenum illud placuisse ei pro monumento relinquere, et in hoc Exampæo dedicare.

82. Hæc de multitudine Scytharum audiebam. Miracula autem hæc regio nulla habet, præter flumina cum multo maxima, tum numero plurima. Si quid tamen præter flumina et magnitudinem campi exhibetur admiratione dignum, id dicetur. Vestigium Herculis ostendunt petræ impressum, virili vestigio simile, bicubitale magnitudine

μὲν βήματι ἀνδρὸς, ἔστι δὲ τὸ μέγαθος δίπηχυ, παρὰ τὸν Τύρην ποταμόν. τοῦτο μέν νυν τοιοῦτό ἐστι. Ἀναβήσομαι δὲ ἐς τὸν κατ' ἀρχὰς ἤια λέξων λόγον.

πγ΄. Παρασκευαζομένου Δαρείου ἐπὶ τοὺς Σκύθας, καὶ ἐπιπέμποντος ἀγγέλους ἐπιτάξοντας τοῖσι μὲν πεζὸν στρατὸν, τοῖσι δὲ νέας παρέχειν, τοῖσι δὲ ζεύγνυσθαι τὸν Θρηΐκιον Βόσπορον· Ἀρτάβανος ὁ Ὑστάσπεος, ἀδελφεὸς ἐὼν Δαρείου, ἔχρηζε μηδαμῶς αὐτὸν στρατηΐην ἐπὶ Σκύθας ποιέεσθαι, καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην. ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε συμβουλεύων οἱ χρηστὰ, ὁ μὲν ἐπέπαυτο· ὁ δὲ, ἐπειδὴ οἱ τὰ πάντα παρεσκεύαστο, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν ἐκ Σούσων.

πδ΄. Ἐνθαῦτα τῶν Περσέων Οἰόβαζος ἐδεή-

---

juxta fluvium Tyrem. Et hoc ita se habet. Redeo ad eam quam ab initio institueram orationem.

83. Dario adversus Scythas exercitum comparanti, dimissis nunciis ad imperandum, aliis ut peditatum, aliis ut classem præstarent, aliis ut Bosporum Thracium ponte jungerent: Artabanus, Hystaspis filius, Darii frater nolebat illum ullo pacto Scythis inferre bellum, commemorans Scytharum inopiam, utilia suadens: quum tamen non persuaderet illi, destitit a dissuadendo. Darius, ubi omnia ei in expedito fuere, copias eduxit ex urbe Susis.

84. Ibi eum Oeobazus ex Persis, cui tres filii erant, et omnes militantes, obsecrabat

θῃ Δαρείου, τριῶν ἐόντων οἱ παίδων, καὶ πάντων στρατευομένων, ἕνα αὐτῷ καταλειφθῆναι. ὁ δέ οἱ ἔφη, ὡς φίλῳ ἐόντι, καὶ μετρίων δεομένῳ, πάντας τοὺς παῖδας καταλείψειν. ὁ μὲν δὴ Οἰόβαζος περιχαρὴς ἦν, ἐλπίζων τοὺς υἱέας στρατηΐης ἀπολελύσθαι· ὁ δὲ ἐκέλευσε τοὺς ἐπεστεῶτας, ἀποκτεῖναι πάντας τοὺς Οἰοβάζου παῖδας· καὶ οὗτοι μὲν ἀποσφαγέντες, αὐτοῦ ταύτῃ ἐλίποντο.

πε'. Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε πορευόμενος ἐκ Σούσων ἀπίκετο τῆς Καλχηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔζευκτο ἡ γέφυρα, ἐνθεῦτεν ἐσβὰς ἐς νέα, ἔπλεε ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας, τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι. ἑζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ, ἐθηεῖτο τὸν Πόντον ἐόντα ἀξιοθέητον· πελαγέων γὰρ ἁπάντων πέφυκε

---

ut unum sibi relinqueret. Cui Darius tanquam amico et modesta obsecranti respondit se omnes liberos relicturum. Eo responso Oeobazus magnopere lætabatur, sperans liberos suos missionem habere militiæ. At ille adstantes jussit, ut omnes Oeobazi filios interimerent. Ita filii Oeobazi obtruncati, illic sunt relicti.

85. Darius Susis movens postquam pervenit ad Bosporum Calchedoniæ, ubi pons junctus erat, illinc conscensa navi, transmisit in Cyaneas, quæ dicuntur, quas Græci prius errabundas fuisse aiunt. Ibi sedens in templo subjiciebat oculis Pontum, rem spectaculo dignam, nam inter omnia maria est maxime admirabilis. Cujus lon-

θωϋμασιώτατος· τοῦ τὸ μὲν μῆκός εἰσι στάδιοι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μυρίοι· τὸ δὲ εὖρος, τῇ εὐρύτατος αὐτὸς ἑωϋτοῦ, στάδιοι τριηκόσιοι καὶ τρισχίλιοι. τούτου τοῦ πελάγεος τὸ στόμα ἐστὶ, εὖρος τέσσερες στάδιοι· μῆκος δὲ τοῦ στόματος, ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται, κατ' ὃ δὴ ἔζευκτο ἡ γέφυρα, ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστι· τείνει δ' ἐς τὴν Προποντίδα ὁ Βόσπορος. ἡ δὲ Προποντὶς, ἐοῦσα εὖρος μὲν σταδίων πεντακοσίων, μῆκος δὲ τετρακοσίων καὶ χιλίων, καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐόντα στεινότητι μὲν ἑπτὰ σταδίους, μῆκος δὲ τετρακοσίους· ἐκδιδοῖ δὲ ὁ Ἑλλήσποντος ἐς χάσμα πελάγεος τὸ δὴ Αἰγαῖον καλέεται. μεμέτρηται δὲ ταῦτα ὧδε.

πϛ'. Νηῦς ἐπίπαν μάλιστά κη κατανύει ἐν

---

gitudo est undecim millium ac centum stadiorum : latitudo (qua latissimus sui est) trium millium trecentorum. Hujus pelagi os latitudinis est quatuor stadiorum: longitudo oris (quod est collum) quæ Bosporus dicitur, ubi pons connectebatur, circiter centum viginti stadia. Bosporus ad Propontidem pertinet. Propontis autem latitudinis quingentorum stadiorum est, mille et quadringentorum longitudinis, influens in Hellespontum. Ipse Hellespontus, ubi angustissimus, stadiis septem, quadringentis longus, intrans pelagi hiatum quod Ægæum vocatur. Hæc autem ita dimensa sunt.

86. Navis fere meat omnino septuaginta millia orgyiarum

μακρημερίῃ ὀργυιέας ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ, ἑξακισμυρίας. ἤδη ὦν ἐς μὲν Φᾶσιν ἀπὸ τοῦ στόματος, (τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου μακρότατον,) ἡμερέων ἐννέα πλόος ἐστὶ, καὶ νυκτῶν ὀκτώ· αὗται, ἕνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιέων γίνονται· ἐκ δὲ τῶν ὀργυιέων τουτέων, στάδιοι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοί εἰσι. ἐς δὲ Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Σινδικῆς, (κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον,) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος· αὗται δὲ, τρεῖς καὶ τριήκοντα μυριάδες ὀργυιέων γίνονται, στάδιοι δὲ, τριηκόσιοι καὶ τρισχίλιοι. ὁ μέν νυν Πόντος οὗτος καὶ Βόσπορός τε καὶ Ἑλλήσποντος οὕτω τέ μοι μεμετρέαται, καὶ κατὰ τὰ εἰρημένα πεφύκασι. παρέχεται δὲ καὶ λίμνην ὁ Πόντος οὗτος,

---

longo die, nocte vero sexaginta millia. Itaque e faucibus Ponti ad Phasin (hoc est enim Ponti longissimum) novem dierum est navigatio, et octo noctium, quæ fiunt centum ac decem millia orgyiarum et centum, hoc est, stadiorum undecim millia ac centum. E Sindica autem ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodontem (hic namque Ponti latissimum est) trium dierum duarumque noctium est navigatio, quæ fiunt orgyiarum trecenta ac triginta millia, stadiorum vero tria millia et trecenta. Hunc igitur in modum Pontus ac Bosporus et Hellespontus a me dimensi sunt, et secundum ea quæ dixi situm

ἐκδιδοῦσαν ἐς ἑωϋτὸν, οὐ πολλῷ τέῳ ἐλάσσω ἑωϋτοῦ· ἢ Μαιῆτίς τε καλέεται, καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου.

πζ΄. Ὁ δὲ Δαρεῖος ὡς ἐθηήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν, τῆς ἀρχιτέκτων ἐγένετο Μανδροκλέης Σάμιος· θηησάμενος δὲ καὶ τὸν Βόσπορον, στήλας ἔστησε δύο ἐπ᾽ αὐτῷ, λίθου λευκοῦ, ἐνταμὼν γράμματα ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἐς δὲ τὴν Ἑλληνικὰ, ἔθνεα πάντα ὅσαπερ ἦγε. ἦγε δὲ πάντα τῶν ἦρχε· τουτέων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν, χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ, ἑϐδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι· νέες δὲ ἑξακόσιαι συνελέχθησαν. τῇσι μέν νυν στήλῃσι ταύτῃσι Βυζάντιοι, κομίσαντες ἐς τὴν πόλιν, ὕστερον τουτέων ἐχρήσαντο πρὸς τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθωσίης Ἀρτέμιδος, χωρὶς ἑνὸς λίθου· οὗτος

---

habent. Quinetiam Pontus hic paludem habet influentem in se, non multo quam ipse est minorem, quæ Mæotis appellatur, et mater Ponti.

87. Darius, ubi Pontum contemplatus est, renavigavit ad pontem, cujus architectus extitit Mandrocles Samius. Contemplatus item Bosporum, duos ad eum cippos erexit e candido lapide, incidens litteris in uno quidem Assyriis, in altero autem Græcis, omnes gentes quas ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat, continentes numero septingenta millia hominum cum equitatu, præter classem, quæ constabat e navibus sexcentis. His postea cippis Byzantii in urbem suam translatis usi sunt ad aram Dianæ

δὲ κατελείφθη παρὰ τοῦ Διονύσου τὸν νηὸν ἐν Βυζαντίῳ, γραμμάτων Ἀσσυρίων πλέος. τοῦ δὲ Βοσπόρου ὁ χῶρος, τὸν ἔζευξε βασιλεὺς Δαρεῖος, ὡς ἐμοὶ δοκέει συμβαλλομένῳ, μέσον ἐστὶ Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ.

πζ΄. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο πᾶσι δέκα· ἀπ᾽ ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν, ζῶα γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου, καὶ βασιλέα τε Δαρεῖον ἐν προεδρίῃ κατήμενον, καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαβαίνοντα, ταῦτα γραψάμενος, ἀνέθηκε ἐς τὸ Ἥραιον, ἐπιγράψας τάδε,

Βοσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε
Μανδροκλέης Ἥρῃ μνημόσυνον σχεδίης·

Orthosiæ, præter unum lapidem, qui apud Bacchi delubrum in eadem urbe relictus est litteris Assyriis oppletus. Ceterum Bospori locus, quem rex Darius ponte commisit, conjectanti mihi videtur medius inter Byzantium et templum quod ad os est.

88. Post hæc Darius ponte ratito delectatus, autorem ejus Mandroclem Samium donavit denis omnibus. Ex quorum primitiis Mandrocles pingendo totam commissionem Bospori et regem Darium in solio sedentem, ac copias ibi transeuntes, effinxit, eamque picturam templo Junonis dedicavit, cum hac inscriptione,

Qui rate piscosum conjunxit Bosporon, implens
Darii regis vota, jubentis opus,

Αὐτῷ μὲν στέφανον περιθεὶς, Σαμίοισι δὲ κῦδος·
Δαρείου βασιλέος ἐκτελέσας κατὰ νοῦν.

ταῦτα μέν νυν τοῦ ζεύξαντος τὴν γέφυραν μνημόσυνα ἐγένετο.

πθ'. Δαρεῖος δὲ δωρησάμενος Μανδροκλέα, διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, τοῖσι Ἴωσι παραγγείλας πλέειν ἐς τὸν Πόντον, μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν, ζευγνύντας τὸν ποταμόν· τὸ γὰρ δὴ ναυτικὸν ἦγον Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Ἑλλησπόντιοι· ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς τὰς Κυανέας διεκπλώσας, ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. ἀναπλώσας δὲ ἀνὰ τὸν ποταμὸν δυῶν ἡμερέων πλόον ἀπὸ θαλάσσης, τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, ἐκ τοῦ σχίζεται τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου, ἐζεύγνυε. Δαρεῖος δὲ, ὡς διέβη τὸν Βόσπορον κατὰ τὴν

Junoni Mandrocles hæc monumenta dicavit,
Esset honor Samiis unde, corona sibi.

Hæc igitur monumenta exstiterunt ejus qui pontem compegit.

89. Quem ubi remuneratus est Darius, transmisit in Europam, jussis Ionibus navigare in Pontum usque ad Istrum, atque ubi eo pervenissent, se illic opperiri fluvium ponte jungentes. Ducebant enim classem Iones et Æolenses et Hellespontii. Hi prætervecti Cyaneas, recta ad Istrum navigarunt. subvectique duorum dierum itinere a mari ad collum fluminis, ubi in ostia scinditur, illud ponte jungunt. Darius, transmisso per ratem

σχεδίην, ἐπορεύετο διὰ τῆς Θρηΐκης· ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ Τεάρου ποταμοῦ τὰς πηγὰς, ἐστρατοπεδεύσατο ἡμέρας τρεῖς.

Ϙ΄. Ὁ δὲ Τέαρος λέγεται ὑπὸ τῶν περιοίκων εἶναι ποταμῶν ἄριστος, τά τε ἄλλα ἐς ἄκεσιν φέροντα, καὶ δὴ καὶ ἀνδράσι καὶ ἵπποισι ψώρην ἀκέσασθαι. εἰσὶ δὲ αὐτοῦ αἱ πηγαὶ δυῶν δέουσαι τεσσεράκοντα, ἐκ πέτρης τῆς αὐτῆς ῥέουσαι· καὶ αἱ μὲν αὐτέων, εἰσὶ ψυχραί· αἱ δὲ, θερμαί. ὁδὸς δ᾽ ἐπ᾽ αὐτάς ἐστι ἴση ἐξ Ἡραίου τε πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ, καὶ ἐξ Ἀπολλωνίης τῆς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, δυῶν ἡμερέων ἑκατέρη. ἐκδιδοῖ δὲ ὁ Τέαρος οὗτος ἐς τὸν Κοντάδεσδον ποταμόν· ὁ δὲ Κοντάδεσδος, ἐς τὸν Ἀγριάνην· ὁ δὲ Ἀγριάνης, ἐς τὸν Ἕβρον· ὁ δὲ, ἐς θάλασσαν τὴν παρ᾽ Αἴνῳ πόλι.

Bosporo, faciebat per Thraciam iter, et quum ad fontes Teari amnis perventum esset, triduo hic habuit stativa.

90. Tearus fertur ab accolis amnium esse optimus cum ad alios morbos, tum ad scabiem curandam vel hominum vel equorum. Ejus enim fontes duodequadraginta sunt, ex eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. Ad hos tantundem viæ est ab Heræo urbe juxta Perinthum, et ab Apollonia, quæ est in Ponto Euxino, duorum dierum utraque. Fluit autem Tearus hic in fluvium Contadesdum, Contadesdus in Agrianem, Agrianes in Hebrum, Hebrus in mare juxta urbem Ænum.

ϟα΄. Ἐπὶ τοῦτον ὦν τὸν ποταμὸν ἀπικόμενος ὁ Δαρεῖος, ὡς ἐστρατοπεδεύσατο, ἡσθεὶς τῷ ποταμῷ, στήλην ἔστησε καὶ ἐνθαῦτα γράμματα ἐγγράψας, λέγοντα τάδε, ΤΕΑΡΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙ ὙΔΩΡ ΑΡΙΣΤΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ ΠΑΡΕΧΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ· ΚΑΙ ΕΠ᾽ ΑΥΤΑΣ ΑΠΙΚΕΤΟ, ΕΛΑΥΝΩΝ ΕΠΙ ΣΚΥΘΑΣ ΣΤΡΑΤΟΝ, ΑΝΗΡ ΑΡΙΣΤΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ ΠΑΝΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ὙΣΤΑΣΠΕΟΣ, ΠΕΡΣΕΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΗΠΕΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΣ· ταῦτα δὴ ἐνθαῦτα ἐγράφη.

ϟβ΄. Δαρεῖος δὲ ἐνθεῦτεν ὁρμηθεὶς, ἀπίκετο ἐς ἄλλον ποταμὸν, τῷ οὔνομα Ἀρτισκός ἐστι, ὃς δὴ διὰ Ὀδρυσέων ῥέει. ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ἀπικόμενος ἐποίησε

---

91. Ad hunc igitur amnem quum pervenisset Darius, castraque possuisset, oblectatus amne, cippum erexit etiam illic, his litteris inscriptum, TEARI AMNIS CAPITA OPTIMAM AQUAM ATQUE PULCHERRIMAM CUNCTORUM AMNIUM CONTINENT, ET AD EA PERVENIT, EXERCITUM DUCENS ADVERSUS SCYTHAS, VIR OPTIMUS ATQUE PULCHERRIMUS CUNCTORUM HOMINUM, DARIUS HYSTASPIS FILIUS, PERSARUM CUNCTÆQUE CONTINENTIS REX.

92. Hæc sunt illic scripta. Darius hinc movens venit ad alium amnem nomine Artiscum, qui per Odrysas fluit: quo ubi pervenit, ita agendum sibi putavit. Ostenso certo

τοιόνδε· ἀποδέξας χωρίον τῇ στρατιῇ, ἐκέλευε πάντα ἄνδρα λίθον ἕνα παρεξιόντα τιθέναι ἐς τὸ ἀποδεδεγμένον τοῦτο χωρίον· ὡς δὲ ταῦτα ἡ στρατιὴ ἐπετέλεσε, ἐνθαῦτα κολωνοὺς μεγάλους τῶν λίθων καταλιπὼν, ἀπήλαυνε τὴν στρατιήν.

Ϟγʹ. Πρὶν δὲ ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸν Ἴστρον, πρώτους αἱρέει Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας· οἱ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες Θρήϊκες, καὶ ὑπὲρ Ἀπολλωνίης τε καὶ Μεσαμβρίης πόλιος οἰκημένοι, καλεύμενοι δὲ Σκυρμιάδαι, καὶ Νιψαῖοι, ἀμαχητί σφεας αὐτοὺς παρέδοσαν Δαρείῳ. οἱ δὲ Γέται, πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν, Θρηΐκων ἐόντες ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι.

---

loco copiis suis, jussit illic virum quemque prætereuntem ponere unum lapidem in isto demonstrato loco. Id quum exercitus fecisset, grandes acervos lapidum istic relinquens adduxit exercitum.

93. Sed priusquam ad Istrum perveniret, primos subegit Getas, qui de immortalitate sectam sequuntur. Nam Thraces qui obtinent Salmydessum, quique supra Apolloniam et Mesambriam urbem incolunt, et qui Scyrmiadæ et Nipsæi vocantur, sine pugna sese ipsos Dario dediderunt. Getæ vero ad pervicaciam conversi, statim in servitutem redacti sunt, quum sint fortissimi Thracum atque justissimi.

ϟδʹ. Ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑωϋτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάλμοξιν δαίμονα· οἱ δὲ αὐτέων τὸν αὐτὸν τοῦτον νομίζουσι Γεβελέϊζιν. διὰ πεντετηρίδος δὲ τὸν πάλῳ λαχόντα αἰεί σφεων αὐτέων ἀποπέμπουσι ἄγγελον παρὰ τὸν Ζάλμοξιν, ἐντελλόμενοι τῶν ἂν ἑκάστοτε δέωνται. πέμπουσι δὲ ὧδε· οἱ μὲν αὐτέων ταχθέντες, ἀκόντια τρία ἔχουσι· ἄλλοι δὲ διαλαβόντες τοῦ ἀποπεμπομένου παρὰ τὸν Ζάλμοξιν τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ἀνακινήσαντες αὐτὸι μετέωρον, ῥιπτεῦσι ἐς τὰς λόγχας. ἢν μὲν δὴ ἀποθάνῃ ἀναπαρεὶς, τοῖσιδε ἵλεως ὁ θεὸς δοκέει εἶναι· ἢν δὲ μὴ ἀποθάνῃ, αἰτιῶνται αὐτὸν τὸν ἄγγελον, φάμενοί μιν ἄνδρα κακὸν εἶναι. αἰτιησάμενοι

94. Immortalitatem autem tenent hoc modo: Nec mori se putant, et eum qui defunctus est, meare ad Zalmoxin dæmonem, quem nonnulli eorum opinantur eundem esse Gebeleizin. Per singula quinquennia eum qui forte ductus est, assidue ex se ipsis dimittunt nuntium ad Zalmoxin, præcipientes ea quibus semper indigent: eumque ita mittunt; Quibusdam eorum datur negotium, ut tria jacula teneant: aliis, ut comprehensis ejus qui ad Zalmoxin dimittitur, manibus pedibusque, hominem agitantes in sublime, jactent in jacula. Qui si transfixus extinguitur, propitium istis deum arbitrantur: sin minus, ipsum nuncium causantur asseveran-

δὲ τοῦτον, ἄλλον ἀποπέμπουσι. ἐντέλλονται δὲ ἔτι ζῶντι. οὗτοι οἱ αὐτοὶ Θρήϊκες καὶ πρὸς βροντήν τε καὶ ἀστραπὴν τοξεύοντες ἄνω πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἀπειλεῦσι τῷ θεῷ οὐδένα ἄλλον θεὸν νομίζοντες εἶναι εἰ μὴ τὸν σφέτερον.

Ϟε΄. Ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον, τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον, δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ· δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου. ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸν γενόμενον ἐλεύθερον, χρήματα κτήσασθαι συχνά· κτησάμενον δὲ, ἀπελθεῖν ἐς τὴν ἑωϋτοῦ· ἅτε δὲ κακοβίων τε ἐόντων τῶν Θρηΐκων καὶ ὑπαφρονεστέρων, τὸν Ζάλμοξιν τουτον ἐπιστάμενον δίαιτάν τε Ἰάδα, καὶ ἤθεα βαθύτερα

tes malum illum esse virum. Hoc vituperato, alium dimittunt, dantes adhuc viventi mandata. Iidem hi Thraces, dum tonat fulguratque, in cœlum sagittas excutiunt, deo minitantes, nec ullum alium deum præter suum esse arbitrantes.

95. Verum, ut ego a Græcis accepi, Hellespontum et Pontum incolentibus, Zalmoxis hic, homo fuit, Samique servitutem servivit Pythagoræ Mnesarchi filio. Illinc nactus libertatem, quum multum pecuniæ comparasset, in patriam rediit. Qui quum animadverteret Thraces male viventes et subinscite, ipse edoctus Ionicum vivendi genus et mores liberaliores quam Thracum, ut qui versatus es-

ἢ κατὰ Θρηΐκας, οἷα Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα, καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ, κατασκευάσασθαι ἀνδρεῶνα, ἐς τὸν πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους, καὶ εὐωχέοντα, ἀναδιδάσκειν ὡς οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ συμπόται αὐτοῦ, οὔτε οἱ ἐκ τουτέων αἰεὶ γινόμενοι ἀποθανέονται, ἀλλ' ἥξουσι ἐς χῶρον τοῦτον ἵνα αἰεὶ περιεόντες ἕξουσι τὰ πάντα ἀγαθά. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα, καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. ὡς δέ οἱ παντελέως εἶχε τὸ οἴκημα, ἐκ μὲν τῶν Θρηΐκων ἠφανίσθη· καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα, διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα τρία. οἱ δέ μιν ἐπόθεόν τε καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ ἐφάνη τοῖσι Θρήϊξι, καὶ

set cum Græcium, seque Pythagora non infirmissimo inter Græcos sophista, domicilium virile extruxit, iu quod primos quosque popularium convivio accipiebat, et inter convivandum docebat, neque se neque suos convivas, neque illos qui inde semper gignerentur, interire: sed in eum locum venturos ubi superstites perpetno omnium bonorum compotes essent. Dum ea quæ commemorata sunt ageret atque diceret, interim subterraneum ædificium struebat. Quo prorsus absoluto, e Thracum conspectu subductus fuit; descendens in illud subterraneum ædificium, ubi circiter triennium egit, desiderantibus eum Thracibus, ac defluentibus tanquam mortuum, quarto anno se eisdem in conspectum dedit, at-

οὕτω πιθανά σφι ἐγένετο τὰ ἔλεγε ὁ Ζάλμοξις· ταῦτά φασί μιν ποιῆσαι.

Ϟϛʹ. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω, οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην· δοκέω δὲ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τὸν Ζαλμόξιν τοῦτον γενέσθαι Πυθαγόρεω. εἴτε δὲ ἐγένετό τις Ζάλμοξις ἄνθρωπος, εἴτ᾽ ἐστι δαίμων τις Γέτῃσι οὗτος ἐπιχώριος, χαιρέτω. οὗτοι μὲν δὴ τρόπῳ τοιούτῳ χρεόμενοι, ὡς ἐχειρώθησαν ὑπὸ Περσέων, εἵποντο τῷ ἄλλῳ στρατῷ.

Ϟζʹ. Δαρεῖος δὲ, ὡς ἀπίκετο καὶ ὁ πεζὸς ἅμ᾽ αὐτῷ στρατὸς ἐπὶ τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα διαβάντων πάντων, Δαρεῖος ἐκέλευσε τοὺς Ἴωνας τὴν σχεδίην λύσαντας, ἕπεσθαι κατ᾽ ἤπειρον ἑωϋτῷ, καὶ τὸν ἐκ τῶν νεῶν

---

que ita credibilia sunt effecta quæ illis exposuerat. Hæc Zalmoxin aiunt fecisse.

96. Cujus subterraneo ædificio neque fidem detraho, neque valde credo, sed multis eum ante Pythagoram annis extitisse arbitror. Verum sive Zalmoxis quispiam fuerit homo, sive sit dæmon Getarum indigena, valeat. Getæ hoc ritu utentes, ubi a Persis subacti fuerunt, reliquum sunt exercitum sequuti.

97. Darius ubi ad Istrum pervenit, et una pedestres copiæ, cunctique flumen transmiserunt, tunc vero jussit Iones, postquam ratem solvissent, sequi se pedestri itinere, cum nauticis copiis. Qui quum ratem soluturi essent et imperata

στρατόν. μελλόντων δὲ τῶν Ἰώνων λύειν, καὶ ποιέειν τὰ κελευόμενα, Κώης ὁ Ἐρξάνδρου, στρατηγὸς ἐὼν Μιτυληναίων, ἔλεξε Δαρείῳ τάδε, πυθόμενος πρότερον εἴ οἱ φίλον εἴη γνώμην ἀποδέκεσθαι παρὰ τοῦ βουλομένου ἀποδείκνυσθαι, "Ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ γῆν γὰρ "μέλλεις στρατεύεσθαι, τῆς οὔτε ἀρηρο-"μένον φανήσεται οὐδὲν, οὔτε πόλις οἰκεο-"μένη. σὺ νῦν γεφύρην ταύτην ἔα κατὰ χώ-"ρην ἑστάναι, φυλάκους αὐτῆς λιπὼν τού-"τους, οἵπερ μιν ἔζευξαν· καὶ ἤν τε κατὰ "νόον πρήξωμεν εὑρόντες Σκύθας, ἔσται "ἄποδος ἡμῖν· ἤν τε καὶ μή σφεας εὑρεῖν "δυνεώμεθα, ἥ γε ἄποδος ἡμῖν ἀσφαλής· "οὐ γὰρ ἔδεισά κω μὴ ἑσσωθέωμεν ὑπὸ Σκυ-"θέων μάχῃ, ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ δυνάμε-"νοί σφεας εὑρεῖν, πάθωμέν τι ἀλώμενοι.

---

facturi, Coes Erxandri filius, Mitylenæorum dux, ita apud Darium verba facit, sciscitatus antea nunquid ei gratum foret audire sententiam dicere volentis: Quum adversus eam terram rex facias expeditionem, in qua fertur nihil arari, nullas urbes coli, sinito nunc pontem hoc loci stare, relictis ad ejus tutelam custodibus iis, qui eum contexuerunt: per quem sive ex sententia rem geremus, Scythis inventis, sive illos invenire nequibimus, tutus nobis sit reditus. Neque enim veritus fuerim, ne prœlio a Scythis superemur: sed potius ne si eos invenire nequeamus, aliquid patiamur errabundi· At

" καὶ τάδε λέγειν φαίη τις ἄν με ἐμεωϋτοῦ " εἵνεκεν, ὡς καταμένω. ἐγὼ δὲ γνώμην μὲν " τὴν εὕρισκον ἀρίστην σοι, βασιλεῦ, ἐς μέ- " σον φέρω· αὐτὸς μέντοι ἕψομαί τοι, καὶ " οὐκ ἂν λειφθείην." κάρτα τε ἥσθη τῇ γνώμῃ Δαρεῖος, καί μιν ἠμείψατο τοῖσδε, " Ξεῖνε " Λέσβιε, σωθέντος ἐμεῦ ὀπίσω ἐς οἶκον τὸν " ἐμὸν, ἐπιφάνηθί μοι πάντως, ἵνα σε ἀντὶ " χρηστῆς συμβουλίης χρηστοῖσι ἔργοισι " ἀμείψωμαι."

ϟη΄. Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ ἀπάψας ἅμματα ἑξήκοντα ἐν ἱμάντι, καλέσας ἐς λόγους τοὺς Ἰώνων τυράννους, ἔλεγε τάδε. " Ἄνδρες " Ἴωνες, ἡ μὲν πρότερον γνώμη ἀποδεχθεῖσα " ἐς τὴν γέφυραν, μετείσθω μοι· ἔχοντες δὲ " τὸν ἱμάντα τόνδε, ποιέετε τάδε. ἐπεὰν

---

enim credat me quispiam mea ipsius caussa hæc dicere, ut hic subsistam: ego vero, quod in tuam rem esse sentio, rex, id in medium profero, ipse tamen te sequi volo, neque hic relinqui. Delectatus admodum eo consilio Darius, ita respondit, Hospes Lesbie, fac omnino quum sospes domum rediero, præsto mihi sis, ut te ob egregium consilium egregiis factis remunerem.

98. Hæc loquutus, ubi sexaginta nodis lorum innodavit, accitus ad colloquium tyrannis Ionum, ita loquutus est, Viri Iones, quam prius habueram de ponte sententiam, eam missam facio, vos sumpto hoc loco, hæc ita velim agatis: simul atque videritis me iter fa-

" με ἴδητε τάχιστα πορευόμενον ἐπὶ Σκύθας, " ἀπὸ τούτου ἀρξάμενοι τοῦ χρόνου, λύετε " ἅμμα ἓν ἑκάστης ἡμέρης· ἢν δὲ ἐν τούτῳ " τῷ χρόνῳ μὴ παρέω, ἀλλὰ διέλθωσι ὑμῖν " αἱ ἡμέραι τῶν ἁμμάτων, ἀποπλέετε ἐς " τὴν ὑμετέρην αὐτέων· μέχρι δὲ τούτου, ἐπεί " τε οὕτω μετέδοξε, φυλάσσετε τὴν σχεδίην, " πᾶσαν προθυμίην σωτηρίης τε καὶ φυλα- " κῆς παρεχόμενοι· ταῦτα δὲ ποιεῦντες, ἐμοὶ " μεγάλως χαριεῖσθε." Δαρεῖος μὲν ταῦ- τα εἴπας ἐς τὸ πρόσω ἐπείγετο.

---

cere in Scythas, ex eo tempore incipientes, solvite quotidie unum nodum: intra quod tempus nisi adfuero, sed dies nodorum vobis exierint, vela facite in patriam vestram: interea, quoniam consilium sic mutavi, agite custodiam ratis, omne studium illi et conservandæ et custodiendæ adhibentes: quod facientes, majorem in modum mihi gratificabimini. Hæc loquutus Darius, promovet exercitum.

NOTÆ IN LIBRUM III.

Pag. 15. *l.* 9 Ὅμοια τοῖσι πρώτοισι] In tanta scribarum discordia, promtus ad *Aldum*, haud juste ab *H. Stephano* desertum, reditus fuit: caussam ad superioris libri C. 57. produxi. Par sententia *Bergleri*. Fuit autem Persis in variis suppliciorum generibus recepta et sollemnis viventium crudelissima defossio, *Nostr.* indice VII, 114. quam quidem ex Abrahami, filium divino jussu inmolaturi, exemplo derivans *Th. Hyde* Reliq. Pers. C. 2, p. 30. a vero longe deflectit. Quantum enim distant *inmolare* et *humi* supplicii caussa *defodere*? Quin si aris mactatos inposuissent Persæ, nihil ad Abrahamum, quippe Isacum non inmolantem, quod variis nationibus inpia olim suasit religio. WESS.

Pag. 20. *l.* 7. Τοὺς καλεομένους Καλατίας] *Hecatæus* nationis hujus Indicæ nomen eodem scribit modo apud *Steph Byz.* in Voc. At infra C. 97. Καλαντίαι, sive ex MSS. Καλλαντίαι. Gentes, parentes suos vorantes, produntur plures. Conf *Sextum Empiric.* Hypotyp. III, 24. p. 184. cum *Fabricii* observatis. WESS.

Pag. 20. *l.* 14. Νόμον πάντων βασιλέα] Poëtæ hoc scito nihil celebrius *Plutarchus*, *Aristides*, *Clemens Alex.* *Iamblichus*, et hoc de genere alii laudarunt frequenter. Eorum exscribere verba supersedeo: habent docti viri ad *Clement.* Strom. I. p. 427. *Io. Iac. Wetsten.* in *S. Iacobi* Epist C. II, 8. et *Io. Alberti* ad *Hesych.* Νόμος· Non omnium tamen, qui utuntur, idem sensus, idemque institutum. *Herodotus* mores longa adsuetudine valentes et dominantes, quantumvis pravos et inhumanos, intelligit. *Pindarus*, si *Platonem* id Gorg. p. 484. audimus, isto ὁ νόμος πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων voluit aliud, et quidem, æterna lege inmortales mortalesque constringi, cedereque adeo debiliores robustioribus, superioribus inferiores oportere. Refer huc elegantem Abbatis *Fraguerii* dissertationem Histor. Acad. Inscript. T. III. p. 165. WESS.

Pag. 22. *l.* 13. Ἄμασις Πολυκράτεϊ] Græcorum studiosissimus literas forte dederit Amasis in Græciam: Polycrates Amasi *Pythagoram* epistola scripta commendasse traditur *Diogeni Laërt.* VIII, 3. sed quam velut Ægyptii Regis ad Biantem scriptam exhibet *Plutarchus* in Convivio VII. Sap. p. 151. B. illa æque censeri pote-

rit Amasis epistola, atqua hæc apud *Herodotum*, per τὸ ἐξ Αἰγύπτου νουθέτημα designata *Maximo Tyr.* XXXV, 2. in qua sic parum considerate fingitur loquens Amasis, ac si Solonem audiisset in aula Crœsi verba facientem. Mihi, inquit *Amasis Herodoti nimia felicitas tua non placet*, τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ ὡς ἐστι φθονερόν. Ejusdem *Solon* I, c. 32. se dicit ἐπιστάμενον τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν. *In omnibus rebus ante fortunatum neminem se novisse* narrat *Amasis* ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος· *omnium finem respiciendum Solon* monebat, πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε. Qui *Solonis* illud cum Crœso colloquium, hanc etiam confinxit Epistolam *Herodotus*, ab illis hoc nomine non facile reprehendendus, qui historiæ cursum orationibus interjectis sibi libenter patiuntur ab historicis Græcis et Latinis interrumpi; quibus excipi prorsus hac in parte posset Siciliensis *Diodorus*, si per Messenias Cleonnin et Aristomenem, Nicolaum et Theodorum Syracusanos liceret. VALCKEN.

Pag. 22 *l.* 17 Τὸ θεῖον — ἐστι φθονερόν] Veriorem huic sententiam *Platonis* opposuit atque egregia notavit Cl. *Wesseling.* supra p. 15. Istius modi Historicorum dicta minus etiam videbuntur invidiosa cogitanti, τὸ θεῖον *Deum* esse *ultorem* φθόνον *vindictam* divinam, vulgo dictam νέμεσιν· quos Deus sequitur ultor, superbis videtur diciturque φθονερός· talis Crœso videri poterat, quando hunc ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη, I, c. 34. vid. finis L. IV· Permutantur in quibusdam ista duo locutionibus. Qui suspicionem amoliebantur arrogantiæ, ut notum οὐ νέμεσις dicebant, vel οὐ φθόνος. vid *Iac. Elsner.* in *S. Iacobi* Ep. IV, 5. προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν, sive τὴν Ἀδράστειαν *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 139. et *D'Orvill*, in *Charit.* p. 332. Rarius illud *Sophoclis* Phil. v. 773. Ἰδού, δέχου παῖ, τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον. apud *Livium* L. V, c. 21. M. Furius Camillus *dicitur precatus esse, ut si cui Deorum hominumque nimia sua fortuna populique Rom. videretur, ut eam invidiam lenire suo privato incommodo, quam minimo publico populi Rom. liceret.* In ejusdem L. X, I. 13. Q. Fabius Maximus se dicebat *Fortunam ipsam vereri, ne cui Deorum nimia jam in se, et constantior, quam velint humanæ res, videatur. Diodor. Sic.* XIII, c. 21. προσκυνοῦντες τὴν Τύχην μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον πράξητε. XI, c. 92. τὴν Τύχην καὶ τὴν Νέμεσιν τῶν θεῶν ἐντρέπεσθαι. Superbiæ atque arrogantiæ vindex in talibus vocatur non tantum ἡ Νέμεσις, ἡ Ἀδράστεια, ὁ Φθόνος, ἡ Τύχη, sed et ἡ Δίκη, ὁ Θεός, sive τὸ θεῖον *Aristidi* T. II. Ed *Iebb.* p. 436. Νέμεσις καὶ Δίκη dicuntur οὐκ ἐᾶσαι μείζω τῆς φύσεως φρονεῖν (*supra hominis fortunam se efferre*:) ἀλλὰ ῥᾳδίως μικροὺς ἐκ μεγάλων ποιοῦσαι id ipsum ὁ θεὸς facere dicitur Iasoni Thessalo *Xenophontis* Ἑ. XI, p. 350, 9. Conf. K. Π. V, p. 70, 29. K. Ἀ. VI. p. 223, 3. Nicias in *Thucyd* VII, c. 77. εἴτῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα. vid. *Herodot* VIII. 13. VALCKEN.

Pag. 33. *l.* 8. Εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι] Præferunt hæc insoliti quidpiam. Est, cui placet ἐόντες οἱ ὠϋτοὶ h. e. αὐτοὶ, *quamvis iidem sint*, quippe ex Corinthiorum metropoli et ejus propago, me non invidente *Herodotus* II, 7. ΕΣΤΙ εὐρέα Αἴγυπτος ΕΟΥΣΑ ὑπτίη. Iterum IV, 46. ἀλλὰ φερέοικοι ΕΟΝΤΕΣ πάντες ΕΩΣΙ ἱπποτοξόται tum V, 95. αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει. Alia prudens negligo. De tempore deductæ in Carcyram coloniæ, non eadem omnium opinio : *Eusebium* si sequi consultum fuerit, Olymp. XVII. a Corinthiis occupata est : cujus quidem sententiam dum Ill. *Scaliger* testimonio *Diodori* V, 16. stabilire voluit, a vero aberravit. Pityusæ isthic initia describuntur, nulla Corcyræ. *Strabo* VI, p. 414. Echecratem, Corcyræ conditorem, comitem Archiæ, colonos Syracusas deducenti, adjungit sub Olymp. XI. *Timæus* vero in Scholiis *Apollonii Rh.* IV, 1216. sexcentis ab eversa Troia annis constitutam ait, gravissime, modo Critici verba ejus bene expresserint, lapsus : foret enim his ex calculis colonia Cypselo et Periandro posterior. Ut fuit, si *Echecrates*, coloniæ auctor, aut ira percitus aut ignominia notatus, Corintho excessit, quod *Timæus* significat, certa manent, quæ de Corcyræorum et Corinthiorum inimicitiis hic produntur. Adde antiquissimum tota Græcia navale, hos inter pugnatum, prælium apud *Thucydidem* I, 13 WESS.

Pag. 40. *l.* 13. Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκ.] Male Laurentius *Periander Corcyram ipse veniebat, juvenis Corinthum.* Conatus et consilium itineris indicantur, quo de more ad I, 68. Nex Lycophronis, ni fallat Schol. *Thucydid.* I, 13. ansam dedit certamini Corinthiorum et Corcyræorum navali, quo nullam tota Græcia prius. Si *Thucydidem* audimus ipsum, pugna ista CCLX. ante finem belli Peloponnesiaci annis pugnata fuit Age, amputentur anni CCLX. a Period. Iul. An, 4310. quo bellum istud terminatum fuit, et prælium in annum ejusdem Periodi 4050. incidet : at eo Cypselus, Periandri pater, necdum Corinthio, Bacchiadis obpressis, potitus erat. Itaque errat Scholiastes. Probe memini, Ampl. *Bouherium* in CCLX. *Thucydidis* annis vitium animadvertisse Dissert. Herodot. C. XV. atque ex CCLX. annos fecisse CLX. unde consequens esset, ut naumachia contigerit An. Per. Iul. 4150. quo, si *Diogeni Laërtio* et *Eusebio* credimus, Periander rebus humanis dudum exemtus erat. At hinc abeo. Satis est egregie a *Thucydide* firmari, inimicitias Corcyræorum et Corinthiorum citissime ortas et propagatas fuisse, quo de superius. WESS.

Pag. 77. *l.* 15. Μεύναρχον μοῦνον] Ad exemplum scripsit *Homeri*, ut erat Ὁμηρικώτατος *Herodotus.* Qualia sæpius attigerat, multa collegit Homerea hujus generis *Eusath.* ad Od. T. p. 699. *Eustathii* commentariis usus *Henr. Stephanus* diligentissime in Append. de D. A. nonnulla dedit p. 87. In sermone quoque quotidiano vis nativa sæpius in compositis negligebatur : huc pertinent ζώπυρα πυρὸς· IV. *Maccab* VIII, 12. Βουκόλια βοῶν, *Iuclis* I, 18. συρκεφα-

γοῦσι σάρκας *Diodori Sic.* v, c. 39. Nonnihil hinc distant ista ejusdem *Diodori* σαρκοφαγεῖν ἀνθρώπους· θρεμματοτροφεῖν ἀγέλας βοσκημάτων. σιδηροφορεῖν πελέκεις, VALCKEN.

Pag. 80. *l.* 16. Χειμάῤῥῳ π. ἴκελος] Ὁ δῆμος ὠθέει ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου. Talis *Populus* illis omnibus videri debuit, quibus inconsulta concionum innotuerat Græciæ temeritas, Oratoribus in primis quotidie concionem habentibus, aut agentibus cum populo: qui ad judicandum impetu temerario ductis sæpe cedendum, atque ex Antigone *Sophoclis* (v. 727.) didicerant: παραῤῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα Δένδρων ὑπείκει κλῶνας ὡς ἐκσώζεται. *Cicero* Herodoteis instar erit commentarii in Or. pro Cn. Plancio, toto cap. 4. ibid. c. 6. *illæ* inquit, *undæ comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescant quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant.* Sicut isto loco, ter alibi *Cicero*, pro L. Murena c. 17. de Provinc. Consul. c. 16. pro Milone c, 2. insignem locum respexit, qui *Camerarium* et *Abramum* non latuit, *Demosthenis* c. Aesch. Falsæ Legat. p. 229. ubi videri voluit non ipse dicere, quid, sibi de superbis dominis videretur, sed suam ipsius sententiam artificiose Philippo contribuit, quem osores Atticæ libertatis docerent: ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων, καὶ ἀσυνθετώτατον, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ κῦμα ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον, κ. τ. λ. sic ista, partim ab aliis adjutus, legenda censeo. Præter ceteros, *Demosthenis* locum expresserunt oratores suo ævo nobilissimi, *Aristides* T. III, p. 78. et *Dion Chrys.* Or. III, p. 44 C. Ejusdem quoque meminerat *S Ioannes Chrys.* Oper. T. III, p. 50. B. De multis unicum ponam incerti *Comici* dictum ex *Dione Chrys.* p. 368. δῆμος ἄστατον κακὸν, Καὶ, θαλάσσῃ πάνθ' ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται. VALCKEN.

Pag. 89. *l.* 4. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος] Cl. *Abreschius* Δαρειός γε δὴ — *Darius quidem certe.* Arabes, quum omnis Asia a Cyro er Cambyse domaretur, aut illi domandi in conatu essent, illorum in ditionem non venerunt, *Diodoro* L. II, 1. concordante. Atque illud est, quod olim Deus O. M. Ismaëli et posteris recepit *Genes.* C XVI, 11, 12. cujus illi fructum promissi uberrimum abstulerunt habentque, libri, sui juris, ἀδούλωτοι. Prorsus eximie eruditi Britanni et cum cura super ea nationis libertate Tom XVII. p. 829. Historiæ Catholicæ *Ed, Belg.* WESS.

Pag. 99. *l.* 8. Σπέρματι μὲν χρέονται] Paucis, ut solet ὁ πάνυ, lectionis vulgatæ monstravit absurditatem in Diss. *Herod.* p. 174, 175. monuitque consuetudinem respici memoratam c. 38. qua solebant τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι, pro σπέρματι docte corrigens ἕργματι cogitanti mihi, H sæpius in Π mutatum a librariis, venerat in mentem σήματι (id est τάφῳ) μὲν χρέονται τῷ αὐτῷ, τῷ καὶ οἱ Καλατίαι Ἰνδοὶ, οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια. Potuit utraque domus simul commode memorari. Vid *Diodor.* T. I, p. 60, v. 69. Mos ipse vix alibi narratur, ubi hac in re dissimillimæ variarum

Pag. 261. *l.* 8. Καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ] Intracta hic Latina *Vallæ* reliquerunt, quæ sane minus tritæ locutionis vim non explanant, significantis, *et quam illic sumsit uxorem, in istas ædes deduxit.* Inscriptionum *Herodis Attici*, quas *Salmas.* illuminavit, secundæ v. 5. de Regilla dicitur Romana puella Γήματο δ' ἐς Μαραθῶνα· quod ita vir summus interpretatur, ut ad minuta talia non satis attendisse videatur : significant ista *in agrum Marathonium, :* seu *Marathona venit, ut ibi nuberet* Herodi. Mulier γήμασθαι, vir dicitur γῆμαι. De Scyle *Herodotus :* οἰκία τε ἐδείματο ἐν Βορυσθένεϊ, (tentari non debuerat :) καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ ἐπιχωρίην· *ædes sibi curavit in urbe construi Borysthenide, atque in istas ædes uxorem duxit indigenam.* Ἄγεσθαι γυναῖκα quum idem vulgo notaret ac Γαμεῖν, novator *Herodotus* γαμεῖν ἐς οἰκία γυναῖκα dixit, quoniam plena phrasi dicebant et Græci, *domum uxorem ducere*, ἄγεσθαι εἰς οἶκον, *Lysias* p. 4. γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν. *Pausan.* IV, p. 362. Φιλάμμωνα γὰρ οὐκ ἐθέλειν ἐς τὸν οἶκον αὐτὴν ἄγεσθαι. *Theodectes* Trag. *Stobæi* p. 422, 37. Ὅταν γὰρ ἄλογον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις· illud ἄγῃ magistris minus Atticum videretur; et est certe multo minus usitatum ἄγειν γυναῖκα, quam ἄγεσθαι· quod et vulgaris usus fuisse docet *Eustath.* ad Il. Ξ, p. 954. frequentatum *Pausaniæ*, cui pro ἀνάγεσθαι restituit ἄγεσθαι Clar. *Abresch.* L. VII, p. 571. sicuti L. X, p. 870. pro ἡγούμενος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι, vir amicissimus primum ἀγόμενος corrigebat, deinde dedit ἠγμένος. Scribi quoque potuit ἀγαγόμενος, illic ἀγαγέσθαι· ut in Epigramm. IX, p. 731. Ἀμφιτρύων ὅτ' ἔμελλ' ἀγαγέσθαι δεῦρο γυναῖκα. VALCKEN.

FINIS TOMI TERTII.

